

ubi ab ilium offe (unde principium ducit) primū abscedit, ac tertio in interni musculo incepit.

^{g. 1. 1. b. 2.} Tertius enim musculus tanto minor est secundo, quanto secundus primo. Subiicitur autem penitus secundo musculo, ^{g.} initium ducens ab ^{g.} externis & demifloribus offis ilium dor-

^{g. 1. 1. b. 2.} si fedibus, ubi id coxendicis offis nomen primū obtinet, atque id tertij musculi initium similiiter latum & semicirculare est, & ut duorum primorum principia carneum, crassumq. T' eritis.

Præterea hoc in priora modice deorsum procedens, coxendicis articuli ligamento fibrosis nexus haeret: & artius quoq; redditum, in latum robustumq; ceflat tendinem, qui majori

femoris processu expansus, anteriori ipsius partì, atque adeo apicí innascitur. Hic musculus admodum luidus, & præcipue in musculofo, & non admodum obesus appetat, in quibus & secun-

dus quā tertio incumbit pariter liuet, ut etiā tota ipsius pars primo musculo non obtecat, quæ

præterquā quōd liuet, etiā validā membrana obducitur, superiori lateri primi musculi pertin-

cere ea fede cōnatus, qua illum subit musculum. In obesis autē & pinguibus nimis quād

parum liuent, imo plerūq; nervae fibrae per hos musculos exporrecie in mulieribus per totā

musculi carnosam partem, adipe enutrit cōspicuntur: aut quoniam id in muliere obseruabis, in

pinguineum potius carnosas fibras porrigit afflere, quām pingue fibras in carnē molem:

quōd tanta pinguedine hi musculi, & potissimum primus, scatere soleant, ita cōmodius strati-

lebentibus futuri. "Quartus musculus magna etiā ex parte luidus, & paulò minus rotu-

res, non autem dictorum modo amplius existit, neque cæterorum ritu ab ilium offe principi-

um adipiscitur, at à lateribus ^{g.} trium inferiorum offis facri vertebrarum, quibus ilium offa

non coarctatur, carneum crassumq; educit caput, non quidem duntaxat ab illorum offiūm

lateribus enat, at nonnihil quoque ita ex illorum interna fede, ut utriusque lateris musculi

fede initia aliquando in interna ea fede contingat. Hinc in latu, seu extorfum ab offe sacro

scilicet ad femoris magnū processum transversim excurrens, carnes aliquoufē permanet,

& tandem anterior redit, priusquam femur contingat, ut teretem ceflat tendinem, postie-

riori maioris femoris processus sedi implantatum, iuxta ipsius summum & apicem. Porro

& si Galenus in decimoquinto de Partium usu libro, præsentem musculum à facro offe ena-

sci dixerit, & rufus in secundo de Administrantis sectionibus unum quoque à coccyge ena-

sci refetur, non ob hoc illum alium indicat, musculum arbitrandum uenit. In libris enim de

Vsi partium nusquam præter quatuor offis facri offa cognoscis uideatur, nulla prorsus coc-

cygis offis facta mentione: ac proinde ab offe sacro hunc musculum inibi prodire scripsit.

In libris autem de Administrantis sectionibus ita sacrum cognovit, quemadmodum in li-

bro de Offibus id enarrat, ut scilicet tribus tantum vertebris Galenus id conformatum ar-

bitraretur, & tria offa his tribus vertebris proxime subiecta coccyx os appellaret: interim qua-

tuor illorum officulorum, quæ nos ita uocanda duximus, nullam faciens mentionem, quum

non ab illis, sed à quarto, quinto & sexto offis facri offibus hic quartus musculus principium

muriatur. "Qui modo subsequitur musculus, aut unius, aut duorum, aut trium etiam uice

propter cuique uolum erit, referri poterit. Est nanke musculus iste, cuius dum tibie motore

enarrari, superius memini, ipsum quintum Galeni musculum ibidem appellans. Sub ^{g.} tri-

bus enim posterioribus capitibus, quæ à coxendicis offis appendice pronata, tertium, quar-

tum, & quintum musculos tibiam mouentes constituebant, quartum caput consistit, quod

etiam obiter dum illos recenserem, descriptum est. A tota igitur appendix ^{g.} fede, tribus dictis

iam posterioribus capitibus non occupata, ad pubis offis utique regionem qua inferior offiūm

commisurare finis habetur, principium ducit musculus amplius insignisq; & ut semel dicam,

totius corporis citra controuersiam mole maximus. Hoc principium secundum eius appen-

dis amplitudinem prodicens, exactè carneum uisit, ea tantum partē excepta, quæ tribus

commemoratis tibie musculorū capitibus proximē succedit. Hæc enim nerva admodumq;

ualida posteriori fede existit, sed interna fede, ut & totus musculus carnea, similiter ac relin-

quus musculi exortus, conspicitur. Musculus iste ciuifmodi enatus principio, statim parui

femoris processus radicem ad posteriorem ipsius regionem amplectitur, & dicide ab hac

in acutam asperamq; femoris offis lineam continuo inferitur, quam in posteriori femoris fede

secundum ipsius longitudinem deorsum à parui processus radice protendi, in primo libro di-

ctum est. Quemadmodum itaque musculi huīs principii continuus est ortus, ita quoque

continua eiusdem uisit in inferio, si modo ^{g.} posteriore musculi partem excipias, quam

tendinem in interni femoris capitū radicem inferere modò dicam. Hæc enim pars à coxendicis

appendice nervo exortu pronata, musculum quodammodo per se efformat, qui in miram

ventris amplitudinem dilatans, deorsum recta per femoris posteriores fertur, donec denuo

gracilescens, teretem tendinem ^{g.} in internum femoris capitū inserat. Et nisi huius maximis cor-

poris

poris seu quinti femur mouentium musculi parti, reliqua musculi pars^a adnasceretur, illa di-
stincti & peculiaris musculi uice ab omnibus merito haberetur. Nunc autem quum poste-
rior hæc pars ad natam continuam p*ieciusdem* musculi aliam habeat partem, nihil obstat di-
uersis doctrinæ modis, aut unum (uti nos haflenus fecimus) uniterum hunc musculum appel-
lare, aut primum in duos illum distinguere: ut scilicet unus esset, qui femoris interno capiti
tendinem porrigit, alter uero qui acutæ femoris lineæ implantatur. Atque hæc una est^b in-
scriptio, istam posteriore partem ab anteriori distinguens. Verum &^c anterior rursus pars
inscriptiōne quoque obicitur, non tamen adeo manifestam, ac modi narratam, uerū tam-
en, cuius gratia hanc partem in duas portiones, aut si quis uelit, in duos musculos subdivi-
uidere, integrum sit. Huius nanque anterioris quinti musculi parti portio, quæ enascerit ab
anteriori appendicis ossis coxendicis sede, quæ à pubis ossium commissura ad infimam ul-
que coxendicis partem pertinet, ab illa anterioris musculi parti portione, inscriptiōne qua-
dam dirimitur, quæ à reliqua appendicis sede usque ad posterioris parti musculi totius an-
teriorē regionem pronatitur. Praeterea ducit hæc anterioris parti portiones, non infcri-
ptione imprecisione ut solum distinguuntur, sed etiam fibrarū ducit, ac item insertionē: quem-
admodum etiam totius musculi posterior pars ab anteriori fibrarum insertioni occa-
differt.^d Portio nanque anterioris parti, quæ pubis ossium commissura proxima est, admo-
dum obliquas & fer^e transuerfas exigit fibras, quæ ab exortu retrorum ad radicem parvi fe-
moris procellos contendunt, & superiori parti acutæ femoris lineæ inseruntur. Reliqua au-
tem anterioris parti portio, quæ ad infimam magis coxendicis ossis sedem principium du-
cit, obliquas quidem exigit fibras, sed propemodum rectas, & inferiori spora prominentis
lineas sedī continuo plantatas. Ac proinde aut mecum unum constitue in uno femore
musculum, aut si uisum fuerit utraque partes duorum musculorum uice enumerato: aut si
maiori adhuc numero, tam in sectione perior, caperis, anteriorē partem in duos mu-
sculos subdividito, tres enarratus, ea tamen lege, ut fitu, functioni, figure, crassitati, nero-
sa & carnosa parti magis quam numero attendas, & obserues pariter me de hominum, non
autem simiarum musculi fecus quam Galenum loqui, ne si forte aliquando illum legens me
posteriorē huius quinti musculi partem, que radici interioris capitii femoris implantatur,
olecitanter specificē arbitris, quod illam tendine insertionem moliri scriplerim, quoniam inter-
im carneam insertionem in caudatis sumis tenter.

*Quintus pri-
morum femo-
ris musculi
partes*

Hæc enī commoratās quinque mu-
sculis, tensio femoris primariò concrederit, & ijdem quoque femori in motu, qui in latus &
in circumactu quoque fit, ut nunc audies, famulantur.^f Primus enim validus & in neutrā uer-
gentis partem extensis autor est, amplio ipsius principio, & lato tendine femur retellens.
Si uero elatiōrem duxata fuit principi partem terenderit, aut humiliorem, non quidem in
neutrā latus inclinantem efficiet tensionem, uerū in hoc illud uerū latuſ uergentem.^g Secundus autem ex extendit simul, & sursum uersus exteriōra trahendo femur, ipsius caput int̄ro
in coxendicis ossis acetabulum adgit.^h Tertiū &ⁱ quartus femur quoque modice sursum
trahentes, tendunt. Deinde & quartus etiam foras circumagit: tertius autem femur circum-
uerit paulo magis in posteriora tendens, quam sursum trahens. At utrius multo infirmius
motui qui in gyrum hi subministrant, quam musculi, quibus hoc proprium munus dele-
gari paulo post audies. Cæterū^j quinti musculi fibrae posteriores, seu musculi illius pos-
terior pars, rectis donata fibris, crus firmum stabilis, ac terra affigit, femur extensens. Anterior
ris autem parti posterior portio, non minus id ipsum suis fibris præstat, cum modica tamen
femoris ad interiora adductione. Altiores uero fibre, quæ ossis pubis cartilaginiū uincitae sunt, & aliis
aut potius anterioris musculi parti prior portio, introrū ducit femur, & fibre huius per
tensionis altiores, ita femur ducentes, illud quoque sursum reuellunt, flexionis & quodammodo
autores quadrunt. Nunc enarratis quinque musculis, flectentes opponuntur, qui illis paucio-
res sunt, nempe tres tantum proprii, quos sextum, septimum & octauum memoriae confir-
mandarū gratia numerabilimur.^k Sextus itaque is est musculus, quem dum dorsum mouentes
musculos recenserem, atque de lumborum musculis sermo incidisset, Galeni gratia, descripsi.^l
quod is in lumborum musculorum enarratione ab hominum compositione, suis sumis dele-
gatis, aberrauerit. Hic igitur musculus ex undecimæ & duodecimæ thoracis, & prima, &
secunda, & tertia lumborum vertebrarum lateribus, carneo enascerit^b principio, quod si
multaque prodit, musculum teretem constituit, deorsum oblique uersus exteriōra defen-
dente. Procurrit enim per interiora ossis ilium semper carnosus permanens, quoque ad
eam ossis pubis^l regionem deuenit, quæ coxendicis ossis nomen affluit. Hic nanque in ua-
lidum & teretem celsans tendinem, dictam nunc pubis ossis sedem transcendit, & deorsum
produ-

Sextus.

*Liber de Ad-
muscis.*

productus, tandem interiori seu minori femoris^e processuⁱ implantatur, elatiorem processus partem occupans. Musculi huius gratia, ubi pubis ossi expandit, uelut sinus aliquis in sculptum ligamento ex ossie nato obductus, ut simul tuto nec errabundus hac exti muscili tendo descendenter, nec intus laxatus uec ossis duritate uitetur. ^eSeptimus exta interior.

tendo descendetur, nec intensus laxatus de omni claritate dilatetur.¹ Sed pectus & auctoritas
ofis illisimū² regione tanquam ex femurculo quoque carnosam originē accipi, & late hoc
eductus principi³, paulatim arctior et aliorum redditur, dorsum in priora corporis proce-
dens. Ex omnibus enim eius latius principi fibris teres efformatur mulcitus, qui per altorem
ofis concordis⁴ regionem uectus, adhuc carnosus ad minorem femoris processum descen-
dit. Vbi uero procelium uicinius appropinquat, in teretem quoque cefat⁵ tendinam, qui hu-
1. C. 160. 2. C. 161. 3. C. 162. 4. C. 163. 5. C. 164.

*miliori cius procellus parti, prædicto nunc tendini proximus inferritur. Porro quâ hic muscu-
lus super coxædics ossis elatiora deorsum tendit, cauitatem quoque quadammodo & sinum,*

ne vagabundus feratur, in osse obtinet. Octauus musculus oscitante fecundatus femur momentum quinti & maximi totius corporis musculi portio conseruit, ex pubis osse carneum plocto initio in homine enatus. Ex tunc enim osibus pubis linea, ab anteriori coendiculis offis acetabuli fede ad osium pubis usque commixtum exuberante, musculus hic principium ducit, quod ad posteriora admobum oblique descendens, atque amplum ransper aspergunt, donec creui, sed amplio, tendine femoris offi inferatur. Fit uterò ipsius inferio è regione partui femoris processus in interius femoris latus, oblique deorum umeris posteriora tendens. Hic musculus in hominibus liuidum se spectandum ostert, at non aque, atque in cاعدatis simius, quibus musculus iste minor & non similiter late principio enatus conspicitur.

Tribus his musculis **Natura** ut simili femur flecterent, & introrium uersus alterum crus ad-
mouerent, commisit. Sextus enim, quem flectentium primum recensuimus, sursum validè fe-

^{2.} mouerit, committit. Sextus Clivus, p. 10. recenset, p. 11. proposito, p. 12. muri attrahit flectit, ad interiora id adagens. Septimus similiter femur sursum attollendo fletit, & paulo insignis sexto, uersus interiora, admouerit. Octauus modice sursum femur contrahit, infirmataq; flexionis autor censeatur, uerum adhuc magis septimo introsum uellit. Ita profectione ut flectentes & extendentes muculos, duobus quoque reliquis ad interiora extremitate moribus Naturae precesserit. Porro tribus flectentibus, ¹ muculus quem inter tibiae

14.6.4. riorum motibus, Natura pratecerit. Porro tribus flexentibus, multiusque inter inde
motores nonum enumerari, aliquid auxiliū suppeditare creditur. Non enim adē absonum
15.6.19 est, & hunc secundariō quum tibiam extendit, ad femoris flexionem accommodare, quum
15.6.2. ex coxendicis offis¹ tubercula quoipam enatus, rectā crebrius in priorem tibiae partem ex-
currat. Verū quāmodum hinc tibiae femoris flexioni operi ferre arbitrarentur, omnes etiam
reliquo tibiam mouentes, qui ex coxendicis, aut pubis, aut ilium offis² in tibiam procurvantur
secundariō femoris instaurati opifices esse, merito (quamuis non ita rectē) altereremus. Cæ-
terum, deinde alios et femoris musculi, semper concomitantes, quos in praefenti fermone nonum
adūtū, ut in aliis.

terum duo adhuc superlunt mulcti temur contorquentes, quos in praetextu moniti nonnulli ac decimum numerabimus.¹ Nonus itaque liuidus, &c., ut certe huius articuli, carnosus iu-
stus, & transuersim in exteriora protinus, rotum pubis ossis² foramen exterioris contegit. De-
inde per exteriorem³ ceruicis femoris sedem producitus, valido satis & uterque ample ten-
dine, insertionem molitur, in magni femoris proceßus⁴ finum, qui femoris ceruicem & ca-

put ossis coxendicis acetabulum subintrans, è directo recipit. Decimus internam dicti numerum per foraminis fedem occupat, non longe ulidorum, & ob Naturae artificium accurate perpendiculariter dendus. Huius nanque principium exoritur à tota linea, quae ab interna illius ossis fedem, quia primi ossis sacrif. ossis transflero processui committitur, per internam coxendicis ossis &c.

pubis regionem, ad pubis usque ossium commissuræ elatiorem partem protendit. Latum
hoc decimi musculi principium, quod veluti tribus lineis seu inscriptionibus insignitur, si
militer ut reliquorum feræ praetentis articuli muscularorum capita, carnosum est, & totam
ternam ossis pubis & ossis coxendicis sedes occupans, liuidumq; apparet, sensim adeo^c ar-
tus, ut eius amplitudo coxendicis ossis interullum non iuicat, quod inter acutum ipsius

ctatur, ut eius amplitudo coextensis suis intercavationibus, quae ad eum inveniuntur, proculrum, & posteriorem sibi appendicis fedem habetur. Ad hoc enim intercallum, quod amplius finum fibi insculptum gerit, discimus musculos reflectorium extorum, magnitudine moris accedens procerulum. Atque hunc fané reflexum magna Conditoris induitria musculo- luitur, quāenam musculus ad finum hunc circumvoluitur, externa parte carnosus et
tenuis, fasciculatus, & levulus, res teretes com-

ea autem parte qua finum tangit, omnino neruoso conspicitur, & uelut tres teretes com-
monstrat tendines, serie quadam ad finum reflexos. Tendines hi lati in musculi substantia-
res ciupunt paulo ante aquam mulcens finum contingat, sed quia sinu obvoluti stric-
tiores euidentur, singuli rursus in magno hoc finu pecularem finum fibi uenidentes. Amplius
enim finus duos leuiter exuberantes ostendit lineas, que transuersum ductae magnum finu-
m f 3 uelut

Schinus

Odeamus.

Sexti, 7, 5

Nouns.

Decimale.

ueluti in tres partiantur, tribus eius musculi tendinis cælatos. Tendines ubi sinum superarunt, in unicem collecti in unum finiunt tendonem,⁹ sinui magni femoris processus unâ cum nono musculo implantatum. Quum itaq; tres hos tendines, qui exteriori parte carnem obnatam habent, intueberis, facile colliges hic Naturam decimæ musculo robur additum uoluissæ: ne si carnes omnino effet, in reflexu & motu, ossis duritiae compresius lacceretur. Quin etiam sinu ligamentum, seu crassa ualidaq; membrana obnascitur, ne ossis contactus musculum in reflexu uitaret. Ad hæc, ligamentum id laue admodum, & usciso uniuerso. foq; humore oblitum est, quo facilior mulculi ad sinum efficeretur circumactus: quod Naturæ artificium in rotulis & cardinibus sedulo imitatur, non solum motum accelerantes, uerum ut fieri, qui reflectitur funis, attritu corrumpatur studentes. Præterea ut solo rotula sinu funem non committimus, sed rotulan in trochleari aut furcula (ne ex sinu funis labatur) firmamus, ita quoque Natura ossium sinu non contenta, à superiori sinu parte¹ numerum, & ab inferiori alterum eduxit musculum, qui ambo unâ cum decimo porrecti, illum quo minus sua fede declinarer, affluerunt. Ab acuto enim coxendicis ossis² processu, carnes enasciuntur musculus, superiori parti decimi musculi ad ipsius usque insertionem ad natu. Deinde ab appendice quoque ossis coxendicis aliud similiiter carnosus & gracilis prodit, inferiori decimi musculi sedi ad insertionem exporreñt. Vterque enim in sinum magni femoris processus insertionem cum decimo molitus, & cum ipso circumductu femoris subministrat. Ceterum subinde non solum euifromi mulculos ad elatiorem & humiliorem reflexus sedem pronasci conspicies, 'imò etiam ab interna regione, ubi iam flexus nō amplius obliquatus ad femur ducitur, carnosam substantiam à coxendicis ossi enatci observaturus es, quasi tres illi tendines in carnem à coxendicis osse pronatam substantiam, post flexum immittentur, itaq; inuoluti ad magnum femoris processum contendenter. In tuo igitur est arbitratu, aut hos musculos, aut carnem molem tendines excipientem decimo iungere, atque ita proprios femoris musculos decem enumerare: aut si mavis, utrunque distingues, & duodecim reconsensib; Rursus si quintum mulculum in tres diuferis, omnes erunt quatuordecim. In nostro itaque numero decimus unâ cum duobus illis gracilis femur in posteria circumagit, nonus uero in anteriora, nihil fecus quam si baculum inter duas manus extensas repositum, alternatim in priora & posteriora ductis manibus circumuerteres. Nonus enim & decimus manibus respondent, baculo autem femur non inepte assimilaueris.

*Cernit portiones decimo
musculo attin
je.*

*Quoniam femur
moventes mu
sculi possint
confundari.*

MUSCULORVM FEMVR MOVENTIVM administratio. Caput LVI.

*Primi muscu
li administratio
no.*



O RVM qui femoris motibus præsunt muscularorum administratio nem, ab extendentibus meritò in illo cruce, in quo tibiæ motores aggressi es, exordieris. Assumpta itaque ex minus fragili ferro nouacula, quæ ossis impetum aliquando sustinere possit,³ primi musculi caput (si 49 M. modò dum moventes tibiæ iam musculos dissecares, illud non abfuderis) ab ossi coccyge & ilium ossis dorso, transfueris sectionis niteris abrare, quoique in secundum muscularum incidas. Quando autem universi musculi principium ab osse derafum erit, licebit hoc reflectere, & solis manibus (nisi no uacula quoque uti uoles) à subditis partibus ad magnum usque femoris processum liberare. Quod ubi praefliteris, ipsius longam intueberis⁴ insertionem, procul etiam sub magni femoris processus radice descendenter. Hæc enim non vulgariter uenit perpendant, uti neque re. huius musculi forma, substantia, fibrarū ductus, & munus, vel abscessuum duntaxat nomine, quos crebro in ipso & præcipue iuxta magni processum in illus tendine incidimus.⁵ Secundus deinde pariter ab ilium osse nouacula dirimendus est, mente adhibita, ne tertij quoque principium unâ admittatur, exortus enim cotinuitas, quæ linea duntaxat interfingitur, utrumque mulculum unâ facile auferri limit. Vbi itaq; femini reflexo secundi mulculi initio, & transfueris semper secundum ilium ossis dorsum faciis sectionibus, ad tertij mulculi principiū deueniris, secundus iam totus uenit reflectendus, & manibus attractus, ad insertionem usq; à tertio duvelendus.⁶ Tertius quoq; eadem ratione ab ossis ilium dorso, post secundum abradetur: atq; hoc 4 mta. Quarto, ad ipsius etiam insertionem deducto, quartus ab ossis sacri lateribus culello auferetur, & manus apprehensus, ad magnum usq; femoris processum à ligamento cui innititur, & coxendicis articulo dirinetur. Facillima enim horum, postquam primum administratur, est aggregatio, qua

qua obita, licebit singulorum motibus examinatis, omnes quatuor abiijere. Quintum post
 hos musculum à coxendicis ossis infima sede, & pubis osse acutiori nouacula simul totum cal-
 lidè abrades, & ad suam in femur insertionem illum perducens, eam accurate obseruato, non
 neglegit ipsius inscriptionibus, seu delineamentis, fibrarumq; ductus differentia. Animum
 etiam dum hunc præscindis accommoda, ne simul quoque¹ octauum musculum, tanquam
 quinti partem incavius auferas. Quinto itaque à femore recesso, acutiori cultello à lateribus
 corporum undecim & duodecim thoracis vertebrarum, & trium primarum lumborum,
 sexti musculi caput uenit liberandum, & capite eius apprehenso, totus musculus ad paruum
 usque femoris processum, à subditis est dirimēdus. quod si uoles, solius manus ope, perferris.
 Nisi forte & hunc musculum, quum dorsum mouentes administrabis, iam dudum inspexeris.
 Postquam uero ipsius tendinem, & quo super pubis os fertur^b finum indagaueris, septimus
 opportunè aggreditur. Hunc itaque nouacula transuersis ductus sectionibus, ab interna ossis
 ilium fedead coxendicis usque os quā descendit erades, & musculo manibus eleuto, ad mi-
 norem usque femoris procellum, ipsius insertionem consideratus, detrahes: non præterita
 interim sinus fui, quo deducitur, inspectione. Mox^c octauum transfera linea à pubis osse
 affectum usque ad insertionem, quæ similiter suo principio lata est, diuelles: obseruans inter-
 ea, ne^d nonum quoque imprudens adimas. Duo qui adhuc superfunt musculi, quoniam
 pubis ossis dolum uescia & sedis speciales musculos, dirempta sunt, atque iam unum tantum
 crus, in quo tibiam mouentes musculi administrabis, ad manum habes, facile lecabuntur. No
 num iraque &^e decimum à pubis osse & coxendicis abrades, & ipsorum connexum & in ma-
 joriis femoris procellis finum, ac implantatione examinabis, nequaquam perfunctione præte-
 rentis decimi reflexum, & quæ ad huius latera undiq; nascitur, musculoflam substantiam cum
 decimo musculo ad insertionem usque exponre cunctam. Hæc enim circa corporis nostri Opificis
 solertia laudent hymnumq; nunquam prætergredieris. Quim hos femur circumuentates
 rescueris,^f membrana se pectandam offert, totum pubis ossis foramen comprehendens, &
 hoc loco sibi utrinque in cunctibus musculos dirimens. Similiter etiam ab acuto coxendicis
 ossis procelli, in quinti facri ossis latus^g durum ligamentum produci contueberis, cui^h quar-
 tus femur mouentium musculos innatetur, quodq; hæc ossa firmius committit. Deindeⁱ a-
 liud iam dudum scel obtulit ab eodem facri ossis latere, cui nuper dictum inferitur, enatum, atq;
 in posteriore, illicet elatiorem coxendicis ossis appendicis^j sedem insertum, quod recessu in-
 fini, ut & mox in narratione præcedens, musculorum firmamentum efficitur. Articuli uero
 coxendicis ligamenta, unā cum genu articuli, & pedis ligamentis in unū Caput reieciam, pe-
 dis & digitorum ipsius muscularorum sermoni subiectenplum.

DE LATESCENTE TENDINE, CVTI plantæ subnato. Caput L VIII.



MNES quos hactenus non commemorauimus musculi, in tibia & pede
 reponuntur pedis, ipsiusq; digitorum motibus famulantes. Quo autem
 & hi apud pertractentur, primum pedis motores recensebimus, & dein
 quæ digitorum duces existunt, ut tunc postmodum quæ quoque fede
 sint, unā colligentes, corundem administrationem subiectemus. Verum
 quanto Galeni oratio in secundo de Administratis sectionibus obli-
 rior imperfectionem est, & non undiq; fuit in tertio de Partium usu placitis
 respondet, tanto eiusmodi muscularorum diligentior nobis sermo instituendus uenit. Ne
 que profectio cum Galeno arbitrii conuenit, finiam ab homine duxatas in pedis digitorum
 inductu differre, quod scilicet simia longiores, & magis discretos digitos quam homines adi-
 piscatur. Imò muscularis magna sanè est differentia: quam si non omnem, ne prolixior fiam, expli-
 cuero, prout orationis tamē ordo requiret, quæ mihi animo obuerfabitur, lubens enarra-
 turus sum: sedulò studiolos hic admonens, ut non solum uera hominis muscularorum enarra-
 tione & inspectione contenti, similius quoque aggrediantur, quo Galenum (qui nusquam æ-
 quæ ac in Anatome arduus est) feliciter intelligent, ne quam hunc (uti profectio debemus om-
 nes) profleri instituerint, suos preceptores imitati, elegantissimam, maximamq; ipsius libro-
 rum copiam, qui Anatomica complectuntur, negligant: & solùm illis quæ quisus mediocri-
 ter in liberalibus studijs eruditus circa omnem praceptoris operam affequitur, sele toto de-
 dant: memores, quam turpiter in leuibus Galeni operibus pedem, qui scel Galenicos hodie ap-
 pellant.

Quinti.

Sexti.

Septimi.

Octavi.

Quartorum
ligamentorum
inflectione.Ordo in rebus
quorum adhuc
muscularum
traditione
& seruandae.Magna si-
nus ad homi-
nem differre.
tit.

pellit, retrahere cogantur, quoties in sectionis & corporis partium mentionem Galenus incidit, incidit autem creberrime, tum quod dissectionibus mirifice oblectabatur, tum quod medicus in corporis quod sibi curandum proponit, mentionem subinde sit prorumpendum. At

Simile ab homine in tendine pedi fabulas de differentia

disfert. Hac nanque proprium qui hunc producat tendinem exigit musculum, ab extermi feminis capitidis radice in posteriori fede carnosum principio enatum, & sub duobus musculis occultatum, qui ab inferioribus femoris capitibus enati, prominentem in fura partem efformare, atque in calcis inferi dicentur. His itaque musculis similes mulcules cooperius decorum carnosus fertur, illi forma per quam similis, qui latum in manu producit tendinem. Postquam uero ad medium usque longitudinam tibiae descendit, in gracilem effat tendinem, qui duobus illis musculis non amplius obiectus, ad horum tendinis, quem ipsi producent, internum latus porrigitur, declivus ad posteriorē calcis sedem descendens, qua' priuatim in cavaudis sumis, ut & canibus, simum sibi exculptū gerit, quo hic tendo non errabundo ductus, tuò uochitur: calcis ossi interim, nisi fortassis transuersi aliquius quo obducitur ligamentu interuentus, non adnatus; atq[ue] in hoc à Galeni descriptione in primo de Administrandis sectionibus libro uarians, quid in duas non discindatur partes, altera quidem calcis inferius, altera uero in latum tendinem explicatus. Calcem enim totus superat, & in pedis plantam dilatet, musculo quem secundum quatuor digitorum articulos flectere audies, obnatus, atque manifestius in inferiore quinq[ue] pedis digitorum sedem protensus, quam latus manus tendo digitos accedit. Deinde ut latus tendo manus cuti citra alieuius corporis medium non obnascitur: ita neque in pede, quandoquidem multus adips tendinem & cutem intercedit, id que postfimū in hominibus, quibus nullus omnino mulculus latum tendinem edicit. Verum ab infima calcis parte, qua terra infinitum, validum ligamentum prodit, totam inferiorem pedis amplitudinem subiens, suum utrinque musculem exceperit, cui id non obducitur. In interno quidem pedis lateris ismusculus est, qui pollicem à cateter abducere dicitur, in externo autem, qui minimum digitum à ceteris amouer. Obnascitur itaque hoc ligamentum longè manus tendine crassius, & robustius, roti inferiori fedi eius¹ musculi, quem secundos quatuor digitorum articulos flectere docebimus. atque id eo fit pactio, ut quis propriam eius musculi membranam hoc ligamentum diceret, nisi iuxta digitorum radices, quā eius musculi tendines transuersum digitorum ligamentum subeunt, id abscederet. & dein transversum digitorum ligamentis obducunt, ac in quinque partes discrent, inferiori quinque digitorum fedi obnascetur. Cæterum ut paulo ante monimus, plurima duriusculi adipis copia ligamentum id, aut utrunque appellari tibi uisum sit) & cutem intercedit, quanquam interim fibrosis nexibus admodum frequentibus ipsi committatur. Eiusmodi itaque ligamentum priuatim homines tendinis lati uice exiunt: quod si forte ab aliquo decundum suislet tendine, profecto illum validum crassumq[ue] admodum procreari oportuerit. Nam si manus tendinem cum hoc corpore ligamento contuleris, quadrupla tendinis per cubitum exporreret crassities, in tibia ne uitium sufficerit. Nihil lo minus tamen in hominis tibiae posteriori fede² musculum reponi audies, qui carnosus principio ab exteriori femoris capite enatus, & carnosus priuiscum bene poplitum superauit esse definens, tendinem producit, longe illo qui manus latum tendinem edicit, graciliorem. Verum hic tendo pedis plantam haec tenet mihi neuriquam subire uisus est, at interno calcis lateri ad posteriorem ipsius sedem implantatur, neutiquam summe posticam calcis sedem, ut ille catarum simiarum musculi tendo, attinges, multoq[ue] adhuc minus simum in hac calcis ossi fede sibi uendicans, quo non errabundus uehatur. Quod uero mihi commemoratur in hominis pede ligamentum, & simile latu tendo, parent uisum cum lato qui manu subit tendine praestent, conformatio similitudo argumento est, atque id eo adhuc firmius persuadet, lati in manu tendinis non infrequens defectus. Haud semel enim illum in manu deesse, & transuersum in interna brachialis feda depositum ligamentum sui portionem porrigit, qua tendinis lati uicem supplebat, in homine secus multo quam in sumis comperti. Ut tamen à tendibus brachiale flectentibus, cum tendinem produci interdum obseruatum est, nunc ab illo qui quarto brachialis ossi infertus brachialis flexus autor est, nunc ab illo qui per transuersum brachialis internae fedis ligamentum ductus, postbrachialis ossi indicem suffulcienti multo ante inseri dicebatur.

DE



N I V E R S U M pedem perinde ac extremam manum flectimus, & exten-
dimus, & deinde in latera (quamvis interim obcurissime) ducimus, idq;
plurium & diligentissimè ob crebra qua ipsi contingunt uulnera distor-
tionesq; obseruandorum muscularum beneficio. Qui uero articuli his
motibus subministrant, in pedis ossium narratione, superiori libro non

*Pedis motus.**Primum pede movendum.*

mus itaque à radice interni femoris¹ capitū unico enatetur principio, si modo ipsius continu-
tatem species, si autem substantia animū attenderis, id principium duplex apparebit, ² unum
quidem superioris, & magis iuxta femoris medium interius: ³ alterum uero inferius, & nonni-
hil exterior, parominimo modo, quo rectum ab dominis muscleum⁴ enatetur retulimus. Supe-
rior nanque principiū huius musclei pars carnae lataq; est, & deorsum protensa, paulo sub ge-
nito articulo cum reliqua initio parte confunditur, quæ exactè nueret liuiditatem in exortu erat, &
deorsum recta per genu articuli posteriore defensans, ualde carneum crassumq; efformat mu-
sculum, qui forman exactā (ut sic dicam) musclei refert. ⁵ Prisquam uero muscleus sit ad me-
diū tibie longitudinē iam angustior redditus pertingat, carnosus esse definit, & ex sua infe-
rioris partis amplitudine tendinem latum educit, in cuius medium aliquandiu adhuc carnofa
musculi pars porrigitur. Atque hic muscleus in interno latere posterioris tibiae sedis ducitur:

Secundas.

in externo autem latere⁶ secundus muscleus conficitur, qui similiter ac primus ab externo femo-
ris capite enatus, deorsum fertur, omni ex parte primo muscleo similis. Quum uero utriusque à
femoris capitis deorsum tendunt, non procul ab exortu se⁷ contingunt, iniucem fibrosis
nexibus herentes. At quo magis deorsum proporept, eo validius connactuntur, ut iam tendo,
quem singuli producent, ⁸ unus omnino sit, ab urbis enatus muscleus. Interior tamen, seu pri-
mus muscleus nonnihil diutius carneus, quam secundus, deorsum ducitur, quod in muscleo
citra confectionem est euidentissimum. Duo enim in lura prominentes muscularū ventres,
carneae partes sunt præalentia musculorum, lura magna molem efformantū. Tendo au-
tem ab ambobus muscleis enatus, & paulo angustior redditus, in caudatis simijs in posterio-
rem calcis sedem validissime inseritur. In hominibus uero non multo sub carnosa muscleo
fede, subiecto cuidam⁹ muscleu¹⁰ adnascitur, quem quartum inter pedis motores recen-
sibus. Atque hic connexus adeò est pertinax, ut nulla ratione hunc tendinem ad calcem
usque à subiecto muscleo dirimere quæcas, & afflere cogaris, ab hoc tendine & quarti muscleo
tendine, ¹¹ unum efformari in posteriore calcis sedem insertum. Ac proinde etiam Galeno
succens eis, dum alios sectionis proflores fallō increpat, quid duorum primorum muscleo-
rum tendines tertio cuidam tendini commisceri, neque alteri non connexos in calcem inferi-
scripterint. Hoc nanque uerē de hominibus illi proddiderunt, parum solliciti, num rendines fe-
cūs in simijs calcī implantarentur. ¹² Tertius muscleus ille est, quem superiori Capite tendi-
nem insigniter gracilem producere diximus. Ab externo enim femoris propter genu articu-
lum capite teres enatetur principium, iam in ipso exortu carneum & gracile. Ab ortu ta-
men non ita procul dilatetur, exacti musclei uentre utcumque crassiūculum referens: uerū
mox sub poplite uenter iste¹³ gracilestens, summe gracilem tenorem que educti tendinem, qui
quemadmodum & musclei uenter, sub duobus nuper commemoratis muscleis occultatus,
& super quartum expansus, senīm oblique deorsum prorept, quoque ad internum duo-
rum primorum muscleorum tendinis latus¹⁴ elaboratur, ubi is quarto muscleo validissime con-
necti incipit. Tertiū muscleū tendo hinc deorsum ad internum usque calcis latus fertur, iux-
ta posteriore calcis sedem ipsi implantatus, non autem pedis plantam subiens, illius mu-
sculi modo, quem in simia latum plantæ tendinem educere prius recensui. ¹⁵ Quartus non

*Tertia.**Quartus.*

solum suram constitutum muscularum, uerū etiam omnium tibiam amplexantium ma-
ximus, posteriore tibiae regione sua amplitudine occupat. Enatetur enim ex posteriore se-
de coarticulationis fibulae ab tibiam, neroeo & valido initio, quod deorsum modice ductum
adeò dilatetur, ut latitudinem tibiae ossis & fibulae uincat, non tamen æquē crassus est, ac latus
amplius. Ex hac uero amplitudine priusquam medium tibiae longitudinis superauit, sen-
simarctatur, & paulo supra calcis regionem in validissimum & crassum degenerat tendinem,
non solum ab ipso¹⁶ formatum, sed etiam à primi & secundi musclei tendinis concursu.
Ex tribus itaque his muscleis procreatus tendo, uniuersa posteriori calcis¹⁷ sedi implantatur,

quam

quam Natura, quo facilior promptiorq; tendinis perferatur infertio, depressam asperamq; effinxit. Cæterum quia calcis os extra tibiae ossis rectitudine¹ prominet, & ipse quartus mucus propemodum toto progreffu tibiae ossi & fibulae incumbit, paulo ante infertionem² tendo à tibiae ossi procul abscedit triangulum efformans cavitatem, cuius basis est longitudo calcis extra tibiae ossis rectitudinem prominentis: alia autem duo cavitatis latera constituantur, unum quidem tendinis ipsius anteriori sede, alterum uero posteriori regione illorum³ musculorum, qui sub quarto reconditi, posteriore tibiae regionem occupare dicentur. Atq; hec ea demum est cava, cui Homerus Achillem in Hectoris cruce funem traieccisse, illumq; ad currum redigatum, circum mecenâ Troiae transisse cecinit. Quod etiâ lanios, quum boues aut oves iugulatas attollunt, imitari conspicimus, baculum transuersum sub hoc tendine transmittentes. Postro quartus musculus externa sede, qua primi duo illi incumbunt, admodum luctuosus est: quemad modum & primus quoque & secundus, ea potissimum parte qua quartum recipiunt musculos. Interna uero sede quartus non admodum liuet, & ipsius etiam tendo in anteriori fedel longius carniformi substantia enutratur, quam in posteriori. Non enim à fine carniformis musculi huius substantia, ad calcem usque insigne interuallum in hominibus uisit: quamvis & id quoque notatu dignum sit. In simis uero etiam quartus hic musculus quadammodo carneus calci inferior: quod Galenus animaduertens, alias Anatomicos insimulat, quos hominum cadavera, non autem cum ipso duntaxat simiarum, sedulio lesecusse, uel ex ijs collat que præter meritum illis à Galeno impontuntur, digne famè qui interdum (nisi ipsius oblatar autoritas, & quam illi tribuum fides) a nobis notaretur, cuiusq; etiam errata enumerarentur: idq; tunc postissimum, dum pro hominibus Anatome simiarum historiam, secus ac ueteres illi, nobis obtrudit.

Quintus. Quintus pedem mouentium musculus in posteriori etiam tibiae sede locatus, sub⁴ duobus musculis adhuc occultatur, quos digitorum pedis flexui famulari docebimus. Præfquam enim quintus in conspectu ueiat, ⁵ quatuor commemoratos iam pedis musculos, pariter cum duobus illis digitorum flexui subseruentibus ademptos esse conuenit. Quintus namque⁶ ligamento membrano proxime cumbit, quod in tota tibiae longitudine rectum, tibiae ossi fibulam colligat. ⁷ Principium siquidem quinti musculi à tibiae ossi, & fibula, quia haec ossa iniuvic dehincere incipiunt, exoritur, & statim ab exortu carneum latumq; uisit, eadem prorsus latitudine ad inferiorem usque tibiae ossis appendicem progrediens. Haec latitudine præfens musculus posteriore membraue ligamenti fedem & magnam quoq; tibiae ossi posterioris regionis partem integrum, ligamento interim, & interno fibulae lateri adnat, ab ipsiusq; toto progreffu, exortus sui robur ascens. Cæterum illico atque inferiore tibiae ossi contigit appendicem, & propemodum æqualeatus adhuc atque in media tibiae sede conspicitur, ab interno ipsius latere teretem tendinem, qui iam aliquoquinque in musculo carniformi substantia incipere videbatur. Vbiq; tendo prorsus excarnis est, deorsum fertur, fini incumbens in posteriori sede appendicis tibiae processus, qui interiorem malleolum constituit, excubito. In hoc sinu transuerter ligamentum tendini obducitur, hinc oblique pedis inferiora subeunt. Sub omnibus enim⁸ musculis inferiori pedis fedem occupantibus, præfens tendo tantisper prorepit, dum in inferiore tarfi ossis fedem ualide inferatur, quod cubiti tesseram uer imitante ossi proximum est, quodq; cum alio fibi commissu cunctam appositissime exprimeret, præfensisq; musculi gratia priuato⁹ processu donari, in primo libro diximus. Est itaque quintus musculus ex¹⁰ illorum albo, qui sua carniformi substantia non arctat, ex altero tantum latere tendinem teretem emittunt, ac maxima laniorum securis imaginem præse ferunt. Quietiam unus quoque eorum est, qui peculiari fini ligamentum tranfuerio utuntur. Inter calcem enim interiorem malleolum tria peculiaria huius generis ligamenta, &¹¹ finis tres confidunt, tribus tendonibus parata. Quod autem ligamentum extrebus malleolo proximum est, quinti pedis musculi tendini, quemadmodum etiam paulo ante diuinus, proprium censetur. Reliqua autem duo illis creati sunt¹² musculis, qui quanto superstrati extrema digitorum internodia flectere cōmemorabuntur. ¹³ Sextus pedem mouentium musculos in anteriori tibiae sede locatur, omnii huic regionis anterior, & exacti musculi formam reperfentans. Enascitur autem ab anteriori sede coartulationis fibulæ cum tibiae ossi, ab utrilibus ossibus, & communis illorum¹⁴ ligamento exortus sui portionem afflument. Exortus iste acuto incipit angulo, qui illico dilatatus musculi ventrem ostendit nonnihil latiore quam profundiorem. Præfquam uero medium longitudinis tibiae superat, sensim arctatur, & multo supra pedem, in teretem finit¹⁵ tendinem, qui deorsum per tibiae ossis anteriora prorepens, in tranfuerum¹⁶ ligamentum à tibiae ossi in fibulam pronatum subit, & simulatque tranfuerum id ligamentum superauit, deorsum in pedis interiora descendens, modice patenti finu in tarfi

tarsi ossium¹ cum os cymbam referente ligamentis impresso, tantisper uehitur, quoque ad internum latus pedij ossis pertingat, quod pollici præponitur. Illius enim ossis peculiaria² pro-
cessus³ inseruntur, ualida sanè plantatione ossis pedij cum tarsi commissuram apprehendens.
Sexti itaq; musculi anteriori sedi alius nullus obtenditur: posteriori autem sedi illis incumbit
musculus, qui sub codem transtferre tibie⁴ ligamento contineri dicentur, & qui præcipue di-
gitorum extenſionibus famulantur. Verum tenuis musculus suo interiori latere committitur
lateri extero acute tibie ossis⁵ linea, qua exarnis tibiae sedis externum latus constituit, quæ
etiam secundum texti musculi latus introrum obliquatur, tum ut huic cedat musculo, tum ut
alijs quoq; sedes exhibeatur, qui sub sexto reponi cōmemorabuntur. Externum uero sexti mu-
sculi latus in ipso ortu, & toto quo dilatetur progressu cōmittitur musculo, quem iam delcri-
purus pedem mouentium⁶ septimum appellabo, qui quemadmodum &⁷ octauus sermoni

Septimus.

addendum à fibula principium ducit, torusq; fibulae extero ferè lateri adēdit, adēdūt, neq;
inter tibie⁸ musculos anteriores, neque posteriores recenseri deberet, sed priuatim in externo
tibiae latere reponi, aptè dicetur. Quanquam non ita multum interfit, ad quam sedem is refe-
ratur, dummodo ipsius situm, formam, munus, & id genus reliqua, quæ in musculis speciare
conuenimus, non oſcitanter præteratur. Septimus itaq; musculus nerueum validumq; prin-
cipium ab' externo appendix fibulae latere, & ligamentis ossa hīc cōnectentibus aſsumit, imbi
quā quartum tibiam mouentium musculum infectionem moliri diximus. Principium id non
longo progressu fibulae connatur, ab ipsa abſcedit, fibi subfractum obtinens⁹ caput musculi,
pedem mouentium octauum. Quum igitur septimus musculus à fibula abſcedit, externa ipsius
ſedeluidius ſemper appetat: interna autem, qua alijs accumbit musculus, rubicundus, & exacē
carneus uifitur. Non enim ita multò ab origine carneus factus dilatetur, exaci musculi, feu, ut
ita loquar, muris ſpeciem exprimens. Ad hunc modum carnosus paulò ultra medium longi-
tudinis fibula recta declivis fertur, in exteriori ipsius ſedē non exquiritur carneus. Quandoqui-
dem hic musculus ſtudib; fibi priuatim uendat, quod in externa ipsius ſede etiam ſupra mediū
longitudinis tibiae¹⁰, utrinque ad latera carneus ſit, uerū inter duo illa latera validissimum
tendinem cōontrat interna ſedē, & à lateribus carne enutrūt. Vbi uero musculus digne
notatu inter ualio medium longitudinis fibulae ſuperauit, totus exarnis efficitur, teretem pro
creans tendinem, qui ſenſim obliquè retrorum uerū ſib; posteriora cōtendit. Non enim
amplius totum extēnum fibulae latus integri, fed musculi tendo iam in posteriora reflexus,

¹¹ extēnum malleolum excarne nudum relinquit. Tendo enim posteriorēm inferioris fibu-
lae appendicis ſedē adit, hīc ſinum proprium & tranſuerſum quoq; ligamentū obtinens.

Tendo itaq; hoc ligamento inuolutus, quod à fibula in calcem talumq; procedit, deorsum in
priora uerū pedis plantam ducitur, adeo fanē inflexus, ut in radicem pedij ossis inseratur,
quod pollici præiat, quodq; in externo ipsius latere¹² proceſsum obtinet, cui septimi huius
musculi tendo aptè implat:etur. Aliquando tamen non in hoc pedij ſed etiam ſinum ſuperiora
creans tendinem, qui ſenſim obliquè retrorum uerū ſib; posteriora cōtendit. Non enim

Natura non obiter neque negligenter obliquum huius tendinis ductum molitur, fed tendi-
nem pedis inferiora ſubeuntem inter ossa & musculos pedis inferiora occupantes, medium

deduxit, ne ſit forte inter eutem & musculos illū duxiſſet, tendo ipſe ſurfum contrac̄tus, mu-
sculos in planta locatos cōp̄inaret, & quo minus ſuo poſſent fungimunere, obſtaculo eſſet.

Ceterum quoniam non ſolum ad posteriorēm ſedem exterioris malleoli tendinem hunc refleci¹³
oportuerit, fed etiā ad aliud quoddam in extēno pedis laterē locatum¹⁴ ſit. Natura incredibili

artificio huic etiam reflexu prouidit. In inferioriēm ſedē ossis teſſeram imitantis, qua plan-
tas & extēnum pedis latus ſpectat, ſinum latiſculum, neque admodum profundiſſum eſſet, ſinum
tum, quem uicido humore oblinuit, & perquam ſexū ligamento circumdeſſit. Dein ad hunc

ſinum. Natura tendinēm circumduxit, non quidem ut reliqua ipsius regione, teretem, ſed
quā tendo ad ſinum refleci¹⁵tur, illū dilatauit, ut ei firmius ad modicē patentes ſinum re-
volueretur: & ne ſi teres permaniſſet, hinc aliquo declinaret. Denique hac latitudine nequa-

quam contenta, tendinēt etiam peculiari artificio eouque inibi indureſſe uoluit, ut carti-
laginis ſpeciem exprimat: inq; interdum cartilaginis duriciēm uincens, tendo ibidem ſeffus

conficietur, quo ſi promptius ad acutum angulum flexure uit̄ exoluat. ¹⁶ Octauus mu-
sculus, qui ſub ſeptimo profrus (ſi tendinus ipsius anteriorē ſedē excipias) reconditur,

ex fibula quoque totus prodiſſet. Aliquantulo enim ſub fibulae ſuperiori appendice ab exter-
no fibulae latere, uerū ſuperiora non nihil enaſciunt, & ad amulfim carneus fibulae queſem-
per adteniſſet, ſub ſeptimo deorsum prorepit. Quum autem medium longitudinis fibulae

aliquoſque ſuperauit, in teretem quoque celſat tendinem, qui ſimiliter atque ſeptimi tendo
deorsum

Odaea.

deorsum uersus fibulae posteriora reflectitur. Verum hic tendo septimi tendine omnino non integratur, sed in priora prominens, anteriori septimi tendinis lateri attendit, & finit in posteriori fibulae appendicis sede exculpo in cumbens, transfero etiam ligamento circumdatum. Hinc cursus in priora descendens,^k processu pedij ossis validissime inferitur, quod tesseram re ferenti ossi adnexum, paruum pedis digitum suffinet. Verum hic tendo aliorum haec tenus dictorum ritu, non simplicem^l insertionem perficit, uterum non nihil ante insertionem ipsius tendo bicornis redditur, dupli insertione dicto ossi implantatus. Neque est, quod quipiam Galeno confisus,^m sextum nobis commemoratum musculum, in duos quoque tendines dividatur arbitretur. Hominibus enim ad eum quem scripsi modum fextus musculus habet, alter fanè quam in caudatis simis obseruatur, nō enim in his tantum duplex tendo usitatur, utrum etiam duo sunt musculi admodum conspicui, quorum anterior posteriore minor est, ambo in pedi os pollici praepositum implantari. Ceterum quando his (& si ad Galenum intelligendum uident) non admodum concinne sermonem uera enarrantem interpellamus, "nonum musculum iam predictis addamus. quem quis proprium per se musculum recensere poterit, aliis ueroⁿ alterius cuiusdam partem non ineptè dicet, prout nimis illi motu & insertioni, hic uero connexi & principio attenderit. A musculo enim, qui in anteriori tibiae sede locatus, quatuor pedis digitos extendit, carno quædam portio iuxta medianam tibie longitudinis ab externo ipsius laterre enscit. Quia deorsum ducta in tendinem degenerat, qui^o transfluerit anteriori tibiae sedis ligamentum subit, & superiori pedis regioni exorrectus, fibrosis ne xibus subditus^p musculus commissus, in duas portunculas bipartitur, quas pedi ossi paruum digitorum sufficiunt inferit, non procul ab eius ossi superiori sede, qua imitanti tesseram ossis ligatur. Nihil itaq; prohibet, hunc musculum aut partem digitorum extendentes recensere, aut il lum numero ab extensionis opifice distinguere, illum & nonnum nuculum enumerare, ut hac

Nouem mūsculorum pēdēs mōmentūs mūnūtūs

nus enumerant nouem cencantur pedis motibus famulantes. Primus itaque, & secundus, & quartus, qui suruia fea tibiae uentre principiū efformat, atque in posteriori tibiae sedi locati validissimum ferē corporis tendinem simul coſtūmunt, robustissimi pedis motus autores sunt. Calcem enim sursum in posterioria trahunt, pedemq; terrae firmant, leu in posterioria deorsum reflectunt, atque his^q quintus suppetias fert, pedem quoque terrae admoines, & interdum ut summis tantum digitis erigi queamus, in posterioria ducens. Nec est quod magnopere illius tendinis in calcem inserti officium predicem, quum secundum mortem homini nihil peſilium inferre plerūq; nationes studeant, tendinis illius præcione. Quod uero in unus tertio pedem momentum^r musculo concedatur, non ita affirmare possum, nam latum tendinem in pedem nō producit, & fanē invalidior uisit, quam qui cum insignibus illis quatuor musculis, in pedis extensiōne conserri queat. Si tamen hunc tantum opus subire posse quae crediderit, id addendum profrus erit, cum obliquo & in interno latus, pedis motu suppetias ferre, quem admodum & prædicti quoq; faciunt: prout hi illi ueoli, aut tendantur, aut laxentur, quemadmodum de brachialis motoribus dictum est. Ceterum^s sextus una cum^t septimo,^u oſcilio &^v non contrarij motus, quum simul tendantur, duces sunt. pedem enim sursum ad tibiae anteriori fleſt, motu fanē nō aquē atq; posteriores dingo & valido. Si uero alternatim cum posteriorē tibiae sedem occupatibus musculis contrahuntur, in hoc illud uel latus pedem agent, atq; ita, qui flexionis extensiōnisq; autores sunt, etiam motus in latera appositissime obeunt.

DE MUSCULIS PEDIS DIGITOS MOVENTIBUS. Caput LX.

Pedis d' g̃o
rūm mōnūtūs



IGITI pedis nōdem profrus motibus aguntur, quibus quatuor manus digitos duci relatum est. Pedis enim pollicis (qui duobus tantum ossibus donatur) primum internodū pari omnino ratione cum primis reliquo digitorum internodis fleſt, non autem ut in manu, oppolito flexu alijs digitis obducitur. Atque hic primorum articulorum flexus, aut rectus est, aut in alteram partem modice inclinans, quemadmodum primos quatuor manus digitorum articulos moueri diximus. Secundū autem pollicis internodū, & secunda quoq; & tercia reliquo digitorum internodis, simplici duxatae ac in neutrum latus uergenti donantur flexione ac extensiōne, nullo interim proprio motu in latus (quemadmodum neque manus digiti) prædicta, quum interim prima internodia & adductionis & abductionis motum in pede nō minus quam in manu nanciscantur. Ceterum ut motus digitorū manus & pedis par quodammodo est ratio, ita ferē etiam milis

milis musculorum in utrīsque est series. Vnde etiam in illorū descriptione non inopportūne eum
 dem ordinem, quem in manus musculus obseruauimus, aggrediemur. ^a Primus itaq; est futurus
 est, qui quatuor digitorum secunda flectit internodia, ^b in hoc à manus^c musculo varians, quod
 breuior sit, & pro lata mole amplior & tenuior, quodq; nō extibia (quemadmodum musculus
 digitorū manus ē cubito) porrigitur. Tonus nangī internā duntaxar pedis sedem occupat, un
 uersæ ipsius carnosæ substantiæ pertinaciter subnatum habens^d ligamentū, quod lati in manu
 tendinis uices gerere, iam ante proditum est. Ab inferna itaque calcis ossis sede, & anteriori
 illius calcis tuberculī parte, quod terræ innitur, primus hic musculus^e principiū ducit, part
 um nerveum, & partim carnem, quod illico exortu prorsus carnofum evadens, sensim di
 latatur, multo latius, quam crassis redditum. Quum uero mediam pedis longitudinem
 ad digitos repens^f superauit, in quatuor carnofas portiunculas dirimitur, quae inueniunt
 ductus, & aquæ constituentes angulos, singulae unum producunt tendinem, ad sibi pre
 positum digitum currentem. Tendo iste similiter ac in manu, ad primi internodij radi
 cum transuerso ligamente excipit, quoque longa sectione diuisus, & subiectio sibi tendi
 nit^g uiam præbens, in secundi internodij radicem implantetur, & toti ossis sui longitudini
 latefens innascitur. Huiusmusculi beneficio, secundum quatuor digitorum flectimus articulū
 cum quam postlimus proximè ad calcem recta linea protractentes. Secundus
 uero &^h tertius digitorum musculi, tertii quatuor digitorum & secundi pollicis articuli fle
 xus opifices sunt. Atque hi non in pedis plantare reponuntur, sed in tibiae posteriori sede lo
 cati, totam illius longitudinem percurrent. Sunt porro hi, quosⁱ quarto pedem mouen
 tium musculo, qui suram constituentium maximus est, proximè substerni, &^j quinto pe
 dis musculo incumbere diximus. Ut uero eandem cum quinto pedis musculo sedem occu
 pant, & quoq; illi forma admodum similes sunt, laiores enim quam spissores uisuntur, deinde
 de toti carni in tibiae regione existunt: & quum ad calcem usque descendere, ab interno tan
 tum^k latere non admodum prius arcati, teretem promunt tendinem, peculiari sinu & trans
 verso ligamento, inter tibiam & calcem, inferiora pedis subeuntur. Eorum itaque^l prior,
 qui digitos mouentium secundus censetur, a posteriori sede connexis fibulis ad tibiam,
 enatatur, statim ab ortu carnofus, & latus utrumque, uersus tibiae extremum prorepens.
 Toto hoc progressu, maximo suram efformante^m musculo contingit: anteriori autem
 parta qua tibia posteriorē sedem respicit, fibulas posterioriⁿ parti attendit, ipsi etiam
 aliquandiu adnatus: deinde qui ordine^o tertius futurus est, externo suo latere ipsi secundo hinc
 quoque subiicitur. Illico uero atq; secundus ad infinitam tibiae sedem descendit, ab interno ipsi
 latus^p latere tendinem edit teretem, qui prius aliquandiu in carne pronasci uisus est. Huius
 tendinis nomine ad internum calcis latus, ubi talum excepti, sinu insculpitur, qui transuer
 so^q ligamento obductus, prefertis musculi tendinem tutissime deducit. Postquam tendo li
 gamentum id superauit, pedis inferiora oblique subit, & inter^r illos qui quatuor digitos pol
 licis adducere dicentur, &^s eos qui primum digitorum internodium flectunt, prorupti, totus
 propemodum ad pollicem contendens. A praefatis enim tendine ad plantæ ferè mediū por
 tiuncula diffunditur, que aliquot^t tendibus eius quem tertium numerabo commiscetur, at
 que una cum illis tendibus ad tertii indicis, & quasi ad mediū quoq; digiti, articuli flexionem
 auxiliatur. Reliqua autem tendinis secundi digitos mouentium musculi portio (qua profectio
 validissima est) ad pollicem ut diximus oblique perfertur, atque secundum pollicis longitudi
 nem transuerso ligamento exceptus, in secundi pollicis internodij longitudinem lata inferio
 ne implantatur, eus internodij flexionis autor.^u Tertius musculus, qui quinto pede mouentū
 infernari, pari prorsu ratione cum secundo digitorum musculo in posteriori tibiae sede ex
 porrigitur ad internum magis latus, quam secundus, respiciens longe enim magis tibiae os
 illi, quam fibulas innitur. Quum autem ad calcem ferè descendit, atque adhuc latus conspi
 citur, ab interno ipsis^v latere tereten prominet tendinem, cui peculiarem sinum & transuer
 so ligamentum Natura fabrefecit, in medio duorum qui hic quoque habentur sinuum.
 Tertij itaque musculi tendo, hoc ductus sinu, teres adhuc pedis inferiora subit, secundi mu
 sculi tendini uersus plantæ cutem magis subiectus, & cum illis x literæ imaginem effor
 mans. Secundi enim musculi tendo ab exterioribus extrorsum oblique in anteroria fertur:
 tertii autem tendo quodammodo ab interioribus extrorsum contendit, ob id que in plan
 te medio cum secundi tendine decollatū constituitur. Tertij musculi tendo pedis plantam
 hoc modo subtrans, modice^w dilatatur, ac in quatuor alios tendines digeritur, singuli ad
 unum quatuor digitorum currentes, illis^x que manus^y tendibus respondentes, qui tertium
 quatuor digitorum articulum inflectunt. Sub primi enim musculi tendibus occultat,

*Primus pedi
mouentum.*

*Secondus &
tertius.*

g digitorum

digitorum radices subeunt, una cum primi musculi tendinibus transuerso ligamento, ut in manu quoque obduci. Ut uero ad tertium usq; internodium proroperent, primi musculi tendines lectione per longum diuisos permeant; & latiores reddit, tertii internodij longitudini implantantur. Ceterum tendini qui indicem adit, & interdum illi pariter qui medio exponitur, hoc priuatin obtingit, ut in plantae medio portiunculari secundi muscu*li* tendinis ad pollicem proficiscentis nanciscantur, que cum illis digitorum tendinibus omnino coit, & permiscetur. Interdum uero quantumvis accurate singula obserues, à secundi tendine nihil porrigi, sed hunc totum in pollicem absumi conspicias. Arque ita sanè tres digitorum primi musculi habent, quorum primus secundum quatuor digitorum flectit internodium. Reliqui autem duo, ultimi quinque digitorum internodij flexionis opifices sunt.

Lib. 3 de Admistratis

part.
Lib. 2 de Ad-

missione.

Verum hic non ambigo studio sifflum quenam, qui accuratissime Galeni loca iam pridem euoluit, atq; si recte ipsius sensa tenet, illi libi haud conformia dicere, & libros ipsius hic quoq; uitiosos esse intelligit, audiebat expectare, quamobrem à Galeno disficiam. Cui in presentia illud nihil additum esse uelim, quā uerissima me haec tenus de pedis digitorum musculis in hominibus enarrauisse, & Galeni loca (ut iam audies) uis finitis conuenire. Ut itaque nunc presentem functionem, quam cum manus digitorum musculis communem esse sensu, quā secundus musculus secundi pollicis internodij flexus autor poneretur, nulla primi articuli, quod ad flexum attinet, facta mentione: quemadmodum tertii musculi beneficio tertium reliquo rum digitorum internodium moueri iam ante scripsi. Quam interim ex Galeni sententia primos etiam articulos duobus posterioribus musculis flecti, dictum esse oportuerat. Arbitratur enim Galenus, candem hic arque in manu horum musculorum functionem esse. Imò exactè in secundo de Administratis lectionibus suum ipsius perpendens placitum, quo trans uerorum ligamentorum ope primos manus digitorum articulos flecti innoverat: dixit ab illis qui tertio digitorum internodio inferuntur in pede, nō solum tertios primosq; articulos in flexionem duci, uerum primum, secundum & tertium internodij ipsorum ope flecti. quod sane necesse esset, si modo tranfuerit ligamenta ut tendines illa quibus tantū incubunt, offa mouere donaremus. At ita non sufficerat adhuc illis tendibus, quos nos tertii internodij flectere diximus, à Galeno in fine illud flectendi munus ascribi, quinetiam primum muscleum, qui secundis quatuor digitorum internodis inseritur, prima quoq; internodii flectere, oratione ad dendum uenerat, quum & illius musculi tendines eodem cum alijs tendinibus in primo digitorum offe ligamēto obdulentur. Ceterum functione postposita, qualiter in caudatis finis presentes musculi habeant enarrare nō grauabor, haud interim immemori Galeni loci, quo tendines nō eodem semper modo permiserit tradidit, ne forte quis meipius degmata nimis perfuerit arbitretur expendere. Similiter igitur primū musculū, quo secunda digitorū flectuntur internodij, cū hominibus comūnem habent: at tanto longioribus donatū tendinibus, quanto interuersus similes pes hominū pedē una cū digitis in longitudine pro proportione superat. Secundus quoq; & tertius in tibia eodem modo finis atq; hominibus collocantur. quā in caudatu similiū manu à tendine indicē accendeat, in uola medio ad pollicē ferrī retulimus. Reliqui uero huius permissionis pars in quatuor tendines diuidit, eam portionē que pollici exponitī male uincētes, hi ut in homine sub primi musculi tendinibus deducti, tandem latiores redditū tertio internodio inseruntur. Musculi primos digitorum pedis articulos flectentes, in hominē illis ferē respondent, "qui in extrema manu inter postbrachia offa conunduntur. uerum in pede ita exactē ac in manu distinguuntur. Rudis enim indigita est, & fibris rectis interstincta, deinde secundum pedī longitudinem ducta, & illius quoque interuersa opplesia, in quinque digitorum radicem implantatur, ut inque ad primi internodij latus ueris interiora insertionem tentans. Hanc sane carneam mollem ex fentientia in musculos proprios, quemadmodum in manu subdiuidere nequō, quantumvis etiam fibi implicatas quādam inscriptions commonstrat. Ut cuncte sit, hac non minus quam in manu ualida est, & primorum articulorum flexionem perficit, quam primus pollicis articulus parē cum primis quatuor reliquoū digitorū flexione adipiscitur. Vnde etiā carnes illius molis pars ad pollicem porrecta illis responder partibus, que ceteros digitos audent. Integrū itaq; erit propter obscuras impressiones, & quandā cum manus musculis imaginem,

Primum & 2
et 3 musculi
quo modo in fi-

misi se habere.

Musculi pri-
mos articulatos
flexentes, ter-
tium musculi
in numero fa-
cientes, ac de-
cem nobis nu-

merita.

& parem quoque functionem, hic decem musculos quinque digitorum primis articulis in flexione famulantes enumerare, ut binis ad singulos digitos referantur, atque hi decem tribus reliquis flexionis autoribus ascribantur.¹ Decimus quartus igitur, cui quatuor digitos extendi musus concreditur, in anteriori tibie sede locatus, sub sexto pedem mouentium musculo reconditur. A tibiae enim osse, qua fibula sub genu articulo connecetur, hic musculus nervum affluit² principium, quod illico ab exortu carneum euadens, recto trahit deorsum uestus pedem descendit, in medio propemodū ducit carnofam sui portionē ab externo latere diffundens; que deorsum protensa, ea est quā nonum inter pedem mouentes musculos recentiuimus. Postquam uero decimus quartus digitos mouens musculus hanc eduxit portionē, carnosus adhuc deorsum tantisper fertur, dum transuersum ligamentū à tibia in fibula pronatū, anteriorē tibie sedem occupans, contingat. Ibidem enim in tendinem degenerat, qui per id ligamentum ueluti per anulum prorept, ac prīusquam ligamentum prætergreditur, in quatuor alios tendines scinditur, qui per pedis superiora æquales angulos constituentes, ad quatuor digitos pertingunt, ac toti illorum longitudini ampliores redditū inferuntur, & simili tres illorum articulos extendunt.³ Decimus quintus musculus ad pollicem spectat, & in anteriori tibie sede collocauit, partim nuper commemorato⁴ musculo subiicitur, partim uero illius in temerater exporrigitur. A tibie enim osse externo latere, ubi membranum ligamentū tota tibiae longitudine fibulam tibie ossi colligans, ab ipsa educitur, hic musculus principiū sumit, quod carnofum in eisdē incipit, qua ita tibiae os à fibula dehicit. Hinc musculus deorsum pretensus, ac ligamento illi pertinaciter adnatus, anteriorē tibie ossis fedem adit, ac in tendinem finiens, per transuersum ligamentū in anteriori tibie regione consistēs ducitur, deinde per pedis superiora ad pollicē prorepēs, roti ipsius longitudini inferiori. Huius musculi beneficio pollex in neutrū latus insigniter uergens extendit. Nec aliud ex tibia homini in superiorē pollicis fedē inferitur. Verum aliud toti pedis superiori regioni secundū longitudinē obductus, externo superiore pollicis fedē lateri tendinē inheret, cuius op̄e pollex alijs digitus adducit, iuxta latus enim tali, ubi calcis ossis os tesseris referens coarticulat, ab huī sedis ligamentis ampli moles carnalis enascat, que antrosū oblique uestis digitos porrecta, in quatuor carnosis partes dirimīt, quae singulū teretē efformant tendinē. Horum quatuor tendinē intimus pollicis externo latere uestis superiora inferitur. Secundus ab hoc, indicis externo latere implantatur, tertius uero medius digiti, quartus autē anularis, adeo ut solus parvus huiusmodi tendine desistatur, quanquā senē & admodū obscūrē illi quoq̄ exigū tendinē exporrigit anim aduertētur. Horū tendinē beneficio, quatuor digitū illis donati, in extēnū latus adducuntur. Num uero huiusmodi carneū corpus in hos deducti tendines, unius aut plurimi musculorū uice numerandū sit, nō uehementer instāndū arbitror, quū in ortu unicus uideatur esse musculus, et postmodū uici diximus, plurimū in quatuor tendines subdividiāt. Verum ex Galeni sententia, duo hīc essent musculi, quorum unus indē & mediū à pollice aduiceret, alter uero anularē & parvum extrorsum in latus amoueret, deinde ex tibia in pollicē alijs inferretur, eius tendinis uice supplens, quem ab hoc carno corpore in pedis superiori se delocato, in pollicē inferi cōmemorauimus. Verum nō minus est Galeni descriptionē hic plurimū à nostra uariare, quū insigniter ibidē finiat ab hominū conſtructione differant. Illis namq̄ in pollicē superiora à tibia duo exporrigitur musculi, quemadmodū in manu accidit, deinde duo in superiori pedis fedē repotiti uisuntur, quatuor digiti à pollice aduidentur. Age igitur doctrinę gratia, in homine nobis enarratū iam musculi lotum corpus unius loco habecatur, siq̄ pedis digitos mouentū decimus sextus.¹ Decimus septimus igitur in externo latere pedis reponitur, insignis utenq̄ musculus, & ab externo latere calcis ossis, ubi id tuberculū quoddam gerit, uero principio enatus. Atq̄ hoc quidem illud est, quod serē in medio longitudinis ossis calcis extubera, huius quem nunc narramus musculi gratia efformatum. Principium musculinū procul ab exortu carnofum efficitur, exquisiti musculi formam exprimens. Prūlquam uero ad priū parui digiti articulum pertinet, in teretē finit tendinem, externo latere primi illius ossis inferum. Hic musculus quum ualidus admodū sit, etiam si parvus digitus à decimo sexto nullum tendinem exigat, eius digitū abductionem plus fatis perficit, quemadmodū etiam in hominis manu factū esse affirmavimus.² Decimus octauus interno pedis latere secundū totam ipsius longitudinem protruditur, muris quoque effigiem proximē exprimens. à ligamentis enim calcem talo connectib⁹ nerueum affluit principium, quod crassius carnofus effectum, tandem in teretē degenerat tendinem, externo latere prioris articuli pollicis implantatum. Huius musculi beneficio pollex introrsum à ceteris digitis aduicitur. In simijs adhuc unus est à pedi osse indicio praepositio in pollicem pronatus, ac illum indici quām potest proximē admoventis, quo homi-

Decimus quartus
tus.Decimus quintus
tus.Musculus in
superiori pe-
dis sede loca-
tus, et polli-
ce teretē ipsi
proximē digi-
tis extor-
fiant, &
aducent, &
numero 16.Decimus septi-
mus.Decimus octauus
tus.

*Quatuor manus
fusili, digiti
quatuor pollo
e advenient,
fusili, 20, 21,*
22.

nes destituantur. Quare etiam post decimum octauum in homine^o quatuor tantum adhuc subsunt musculi, quatuor digiti in internum latus ducentes, qui similiter atque in manu illis tendinibus exporrigitur, qui tertium digitorum flecent internodium. Quamuis in hoc per dis musculi à manus uariet, quòd illi non à tendinum inuolueris horū modo, sed à calcis ossi exoriantur. A' ligamentis nanque ossa tarsi posterioribus pedis ossibus in planta colligantibus muscularorum corpus enascitur, quod in quatuor postea gracie diductum muscularis, interno quoq; lateri quatuor digitorum inferioritur. Si itaq; carneam hanc molem quatuor muscularum loco habueris, omnes pedis digitorum in homine musculari, duo erunt & uiginti. Si uero unius loco id corpus numeraueris, tantum erunt decem & nouem. Rursus proutidⁿ corpus, quod pollicem & tres ipsi proximos digitos in externum latus ducere dixi, in plures dissecueris, numerum quoq; augebis.

DE LIGAMENTIS ILIVM OSSA SACRO

colligantibus, & coxendicis ac genu articuli, deq; reliquis omnibus que in tibia & pede habentur ligamentis. Capit^t LXI.

*Ligamenta
fusilli cum
ipsi admetit.*



*Membra
pubis ossa
ramena occu
pans.
Femoris art
coxendicis os.*

IGAMENTVM ilium os sacri ossa lateri colligans, robustū est, & mem-
braneum, uniuersam commissuram ambiens. Portio tamen ipsius in me-
dio, ubi inuicem ossa committuntur, lese inserit, ac ita validia crastiflari-
citur, ut cartilaginei ligamenti naturam prouersus representet, cuius bene-
ficio, & demum cartilaginis quoq; interuentu, ilium os sacro ualidissime
neatur. Quemadmodum igitur cartilaginis intercessu, & ligamento or-
biculatum commissuram ambiente, pubis ossa inuicem connectuntur, ita
quoq; ilium os sacro coarctatur. Præter hæc sacri ossis ligamenta^t aliud ex latere connexus quin-
ti ossis sacri cum sexto quodammodo resiliat, atq; in acutum processum coxendicis ossis inseritur. Quin etiam ab eodem sacri ossis latere, in ossis coxendicis appendicem, aliud^t li-
gamentum enascitur, quod una cum prædicto ossa hæc firmis connects, & præterea recti-
teltini, & muscularum ipsius fulcrum exsuffit. Postremò in pubis ossis foramine^t membrana ui-
strix illi omnino similes, ⁴ que secundum cubiti longitudinem radium ulnae colligat, substan-
tia enim huic ad amulsum respondet, & fibris constat deorsum in latus obliquè procurritur-
bus. Ligamenta femur coxendicis ossi adnescit, duo magis præcipua censentur, unum
orbicularium articulorum amplectens, cuius in eo etiam alijs articulis est commune. Cæterum ne-
 aliquando femoris caput luxaret, quod uarijs motibus femur magnam corporis molem
fusstantis mouetur, ligamen hoc quod diximus, crastiflum robustissimum quoq; evasit, nulli li-
gamento ex his que articulos circundant, crastifile secundum. Et tanti momenti uulsiq; id ligamen-
tum Græci esse putarunt, ut etiam totius articuli nomine illud *πλάγιον* appellare non dubita-
uerint. Quin etiam huic ligamento articulum ambiente, non solum priuata crastifiles duritiesq;
accedit, uerum hoc peculiariter sibi uendicit, quod nec caput femoris, nec acetabuli ossis co-
xendicis supercello inseritur, aut ab illis prodit, totam enim femoris ceruicem ambi, illi nulquam
quam ad magni femoris processus radicem orbicularium circumnat, reliqua autē parti tantum
citra omnem connexum incubit, deinde acetabuli supercello non adnascitur, sed paulo supra fu-
percello radicem ossi coxendicis. Atq; hæc proutid Natura ab aliorum articulos ambienti ligamen-
torum fabrica reclinavit, nam si aliorū ligamentorum ritu supercelis connatur suisset, neutiquā
oblongum femoris caput apte moueri permisisset. Quod sane ad amulsum spectabitis, quum in-
ter secundum femora inuicem adducere, & rursum abducere conaberis. Mirum enim dictu est,
quam femoris caput antrotum extra finum fertur, dum alterius pedis calcem, ueluti perpendi-
culi linearum, medio interioris lateris alterius pedis adhucimus: quod in illo pedum fini fieri cer-
nimus, quum in choreis notam, quam bis simplicem iocant, hocq; signo, ff. indicant, erexit fin
gimus. Ad hæc, præter quam quod coxendicis ossi finis admodum cauatus est, aliud adhuc
ligamentum orbicularium finis supercello adnascitur, quod finum adauger, & corum ligamen-
torum natura participat, que cartilaginea sunt. Verum id cavitatem non solum auger, sed etiā
in cava est, cur minus ossis supercelium in uelutibus femoris motibus, quum fragile sit,
abrumptatur: sua enim duritie ligamentum impetu resistit, & sua molleitate edens, eundem exol-
uit. Porro^t aliud coxendicis articulo peculiare ligamentum terest, & adeò durum, ut cartila-
gineus nerius merito ab alijs appellatus fuerit. Hoc ex medio capitis femoris enat, non in
acetabuli centrum inseritur, at in humilimam ipsius fedem, ⁵ ubi adeps, non autem cartilago, si-
nui oblitinitur. Haud fecus quam si Natura ad superiora primas femoris luxationes futuras me-
tuisset,

tusset, quum corporis truncus tot oneribus grauatus, femoris capiti tum praeceptum innititur, quum bauulos tota ex parte centenis libris onus tos incedere, atque ita uicissim uno pedi infistere antem aduetur.

^b ^{et huc} ^{et figura} In genu uero articulo, præter commune ligamentum omnibus obductum articulus, alia quedam valida robustaque rerum Opifex fabrefecit, quando enim quinque sunt genu articuli regiones, anterior, posterior, interior, exterior, & media, singulis peculiare quipiam Natura præposita. Anteriori quidem, que membraneo ligamento proflus desstitutur,

& tamen regio admodum fallax, & summopere laboratura est, mola patella ut simul cum illam continentibus tendonibus prætentatur: que quum abunde articulum stringat, nullo hinc opus erat ligamento, nec etiam (ut dixi) membraneo, omnes articulos ambiente. Posteriori simili laboratur, robustum neruofusque ligamentum præponitur, quod ex medio posterio

ribis regione originem capiens, recta furlum fertur, & bifidum ut utrorumque femoris capiti posteriori fed, qua maximè illa dehiscent, implantatur. Cæterum media regioni duabus nu-

per dictis digniori majori & agenti firmamēto, Naturæ ualidissimum & cartilagineum largitur ligamentum, quod ex tota prominētori inter duos tibias sinus ¹ parte enatum, femoris posteriori parti, qua ipsius capita maximi inuicem distant, cum paulo ante dicto inleritur. Verum preter

hoc ligamentum interdu adhuc mucosum quoddam & gracile reperias, in medio genu articulo locatum, in anteriori nuper dicti regione: quod similiiter à tibia in femur pronalcitur. Exteriori regioni in iurijs magis quam interiori patent, teres quoque obductum est ligamen, femoris & fibulae tibiae os inuicem colligans. Huius ligamenti humilius extreum, capiti ² musculi subtornit, cuius tendonem ad posteriora inferioris fibulae appendicis percepit, ad pedij

os pollici præpositum protendit relatum est. Porrò anterior geni regio, qua cæteris omnibus & minus erat motibus famulatura, & ijs que cruri laedendo occurram minus obviatura, ligamen nanciscitur, iam dicto tum gracilis, tum mollius. Quod est ex interiori femoris latere ena-

scatur, in tibiae tamen latus non inlertatur, sed uelut ad aliud exterius in tibie priori maiori sua portione contendit. Cæterum præter hac omnia, peculiaris huic articulo, quemadmodum supe-

riori libro scripti, cartilago inlertatur, que durita exquisitæ cartilagini nonnulli cedit, atque cum ligamento quippiam communè exigit. Quantum uero ad articuli genu securitatem ea cartilago ualeat, illuc quoque diximus. nunc autem in exteriori ipsius circumferentia, qua quodammodo ex

articulo eminet membraneis ligamentis ex ipsa prædictibus, femori & tibiæ colligari, additum esse uoluimus. ³ Ligamen fibulam tibie iuxta genu articulum colligans, forte quidem est, sed

ut in aliorum ossium communis, ut exterior tantum parte ossium connexum circūdat. Quà uero tibia fibulae os inuicem dehiscent, per totam ossium longitudinem ligamentum membranum habetur, illi par ⁴ quod in cubito repositum esse cōmemorauimus. atque id à tibia ossi in

fibulam porrigitur, fibris intertextum à tibia ossi deorsum obliquè in fibulam excurrentibus. Quemadmodum uero conformatio hoc tibiae ligamentum cubiti ligamento respondet, ita etiā parem cum illo usum præstat. fibulam enim tibiæ alligat, & interstutu ritu anteriores tibiæ occupantes musculos à posteriore dirimit, illisq; qui ipsi adnascuntur, exortus robur porrigit. Pedis ligamentorum nonnulla prius exposita sunt, ⁵ transfuerat nimirum, que tendonibus obducuntur: quorū quedam ad ossium cōfūrā simul faciunt, alia uero duntaxa munimenta quæ tendinū, & ne illi suis finibus exurgant, uincula existunt. Sunt uero transfuerat pedis ligamenta, si obliter consideretur, tria. Primum in anteriori tibiæ sede ad ipsius cum pede articulum constitut, atque ad tibiæ os & fibulam referuntur: hoc enim ossa connectit, & plurimos tendines transmittit. Itud utcumque perpendas, unū simpliciter est. Secundum ab interno malleolo in calcis os inlertatur, atque ossium quoque alligationi auxiliatur, si uero exacte diuidatur, tres an-

los, & uelut tria ligamenta efformare uisit, que priuatim ad suos quoque spectant ⁶ sinus, trium tendonum nomine, ut & ipsi res sunt, exculti. quorum calx proximus ⁷ musculi tendinem admittit, qui pollicis secundum flectit internodium. Sinus huic accubens, secundusq;

tendini uiam præbet, tertios quatuor digitorum articulos flecenti. Tertius uero sinus una cum ligamento in posteriore interioris malleoli sede repositus, à Natura illi tendini præparatus est, quemus ⁸ musculus efformat, inter pedis motores quintus. ⁹ Tertium porrò transfuerat

pedis ligamentum à fibula in calcem fertur, atque ad ossium ita colligationem iuuat: qua autem duobus finibus obducitur (quum illi finis duobus ossibus simul non sint communes) tantum

tendonibus famulatur, ¹⁰ septimi & octauum musculorum pedem mouentium. Ad hæc, in inferius pedis digitorum regione transfuerat ligamenta perinde confidunt, ac in manu. Verum præ-

ter transfuerat ligamenta, que etiam prius expressimus, in pede alia permulta habentur. Pri-

mus ex tibiæ ossi in fibulam procedens, in inferius tibiæ ossi fibulam colligat, membranum similiiter ac aliorum articulorum ligamenta existens. Deinde & aliud quoque reliquias articulorum

Ligamenta
in articulis.

Lig. fibula
tibie ossi com
missentia.

Pedis ligamen
ta transversa

Aliæ pedis liga
menta ossi
tendinum conser
tentia.

ligamentis responderet, quod uniuersum articulum tibie cum tali amplectitur. Post hæc quatuor sunt ligamenta cartilaginea, ex quibus nonnulla in alto conduntur, alta exteriæ ossa ambiunt, quæ simul omnia talum quatuor quibus firmatur ossibus connectunt. Primum ex internis tali partibus, quibus interno malleolo excipitur, originem obtinet, & in tibie ossis patet, quæ talum respicit, in alacritate, id est talo colligans. Secundum exteriæ est, interioriæ respondet, fibulam talo neccitens. Tertium ceteris robustius, & admodum insigniter cartilagineum, ab inferiori tali sede propter ipsum ceruicis radicem, nimis rursum quæ calcis committitur, principium ducit, & calcis inter duas quibus talo coarticulatur, commissuras innascit. Quatum tali caput ossi nauiformi connectit. Ex tali enim ceruicio termino originem ducens, iam dicto ossi inferiori, uniuersum que ambit articulum. Verum præter cartilaginea haec, membranæ aliud ligamentum omni ex parte calcis cum tali obducitur articulo, & validum quoque aliud à tali ceruice in tesseram imitans os implantatur. Porro ligamen calcis os huic tessera simili ossi committens, robustum quoque est, & cartilagineum, sed dunatax articulam amplectitur. Quemadmodum uero in manu brachialis ossi inuicem durissimis cartilagineis ligamenta colligantur, ita quoque tarsi ossatum inuicem committuntur, tum etiam ossi cymbam imitantur adnectuntur. Validissimum autem & peculiare vinculum in inferiori parte tarsi ossa obtinent, quod non solum extrema uincit, immo penitus singulis infertum, ossium quoque media inuicem constringit. Pedij autem & digitorum ligamenta manus ligamentis correspondent. Sunt enim omnia membranæ, his tantum exceptis quæ superiori pedi ossi interuallorum parti immittuntur, illa siquidem cartilaginea sunt, & in profundo articuli genu reposita ligamenti naturam referunt.

MUSCULORVM IN TIBIA ET PEDE SE-

dem obtinentur, & ligamentorum omnium quæ hac tenus non recesserunt, administrandi ratio, musculorumque qui tibiam & pedem occupant, numerus.

Caput LXII.

*Quot musculos
in posteriori
tibiae sede con-
ficiunt.*



I modò omnes musculos pedis ac digitorum motibus famulantes memoria confirmante caufa in suis sedibus ordine recensibus, in posteriori tibiae sede, primùm duo occurunt, à radice inferiorum femoris capiti ducentes originem, & sura non medio crem portionem eformantes, post hos sece exhibet, qui rotus corporis longissimum promit tendinē. Sub hoc sura maximus, seu pedem mouentium quartus consistit, in calcem ualidissime cum nuper commemoratis inservit. Huic succumbit qui pollicis secundum intermedium flebit, deinde qui quatuor digitorum tertii interiodi flexionis præcipuus autor est, omnium autem intimus habetur, qui pedem in posteriora dicens, uni ex tarci ossibus implantatur: adeo ut iam omnes posteriores tibie sedis musculi septenarium constitutus numerum, præter musculum in poplite latitatem. Si enim & illum posterioribus tibianam amplectibus mulcere adnumerare uifum fuerit, octo tunc in posteriori tibiae sede constituit. In anteriori tibiae sede una cum illis, qui propriæ extermum ipsius latus occupant, sex numero descriptimus. Primus quidem, qui pedi ossi pollicē sustinentis inservit. Secundus, qui quatuor digitos extendit, atq; huius portio, quæ in pedi os minimo prælocutum digito inservit, tertius erit. Ait si hanc portionem à secundo non distinxeris, iam duo duntaxat hactenus tibi in anteriori tibiae sede habentur. Atage, tres esse dona, ac quartu numerata, cuius ope pollex extenditur. Quintus uero, qui fibulæ exporrectus, pedisq; inferiora subierit, in os pedi pollicē sustentans inservit. Sextu autem, qui iam dicto succubens, pedi ossi ante minimū collocato implantatur. In inferiori pedis sede ligamentū primū sece offerit, lati tendinē uitæ gerens: postmodum musculus secundum quatuor digitorū os flectens, deinde utring ad huius latera unus, hic quidem pollicē introrsum ducens in latus, ille uero minimum extorsum abducens, post hos in conspectum uenient tendines, tertia quatuor digitorū interiodi flectentes: quibus exquirriguntur quatuor illi musculi, quatuor digitos pollici adnuentes: omnī autē intimi illi consistunt, qui primos digitorū articulos flectunt. In superiori autē pedis sede illud duntaxat musculos corpus reponit, quod pollicē & tres illi proximos digitos in latus ex ternū abducit. Ceterum haec musculorū series, etiam sectionis rationē cōmonstrat, quam in eccentrica configicaberis, in quo iam ante tibia mouentes musculos ressecuisti. Per sura itaq; longitu dimē secio in cute & adipice & carno sa mēbrana ad calcem usq; ducetur, deinde alia ab interno pollicis latere ad calcē usq; & hinc per pedis exteriora ad parvū usq; digiti tentabitur, adeo ut uniuers-

*Quot in ante-
riori uide
de.*

Quot in pede.

*Administrandi
ratio seriatim.*

*Ligamenta la
tefcentia tendi
ni uicem fide
untis.*

*Primi & se
cundi mouen
tium.*

Tertij.

Quarti.

*L. 1. de Ad
ministratio
nem, scelio,
Primi digito
rum neocun
ditum.
Decim. septi
mit.
Decimodua
ta.*

*Musculi in
poplite latit
atu.*

*Secti & tr
iij. de glos mo
uentum.*

*Musculorū
tres digiti
pollici adducē
tum, & pr
ma quinq̄ digi
torum ossa fla
ctentium.
Quin pedem
mouentum.*

uniuersam tibiae & pedis cutem auferre possit, ea tantum reliqua que plantam induit. Quum primū igitur laniorum more hoc praestiteris, acutiori nouacula à calce cutem adimes, per adipem transuersis semper ductis sectionibus. In quo opere attento animo cutis connectus spectandus uenit, qui ad lieuentem perficitur sedem musculi secundum quatuor digitorum os flectentis, num scilicet tendo aliquis circa adipis interuentum cuti proximè adnascatur: ac deinde quum nullus erit tendo, cuiusmodi ligamentum id censere debetas, quod ego num primus lati tendonis in manu uices gerere dixi. Vbi haec adhibita sectioni quoque simia, aut si eius copia non detur, cane) haec in pedis planta eo diligentius, quo ego hic tibi plura reuersum paradoxa, intuitus fueris, ad tibiam te conferes, ligamento illo à musculo qui secundos quatuor digitorum articulos flecit, nondum derafo. Atq; hic omnī primum spectabis, qui ex rotā excarni tibiae ossis^z fede membranū validumq; ligamentū prodit, quod pertinaci ter omnibus in tibia depositis musculis obnascitur, & corū lumen superficies unā connectit, & ueluti uinculi usum p̄fstat, cuius beneficio musculi in sua sede non errantes, continentur. Mox nouacula, aut cultello à femoris inferioribus capitibus, duorum musculorum principia liberabis, quos primos in posteriori tibie sede dicebam occurrere. In horum capitum dissectione aliud nihil caudatum est, quāne cum externo musculo, tertij^b musculi caput ab extero femoris capite unā imprudens adimes. Illud enim capitulum opportunissime seruator, donec primos duos à quanto eo usque diuulseris, ut iam amplius communem illorum tendonis à quanto dissecare non ualeas. Reflexis itaque his duobus, tertij quoque caput liberabis: quod in manu sinistra afflumens, à quanto^c musculo deorsum uelles: atque id citra negotium tansiper feceris, dum ad quarti musculi internum latus peruenias, hic enim cultello acutiori à subditis ad calcem usque est dissecandus. Dein ipsius insertio tanto accuratius est animaduertenda, quanto hec in hominibus à simiis magis uariat. Hoc itaq; à calcis ossi liberato, pedem momentum quartum, & totius furax maximum mulcetum suo exortu libera, & utrinque ad ipsius latus, quā subditis in cumbit corporibus, longam sectionem ducito, quae membranum id ligamentum intulorum uide diuidat, cuius auxilio musculos inuicem externa superficie conueniū dicimus. Siquidem illo atque musculum suis lateribus & capite liberaueris, promptissimum erit illum à subditis ad calcem usque detrahere. Ut uero accuratius inferionem species, profuter illum proximè ab ossi acutiori nouacula separare, & dein studiose expendere, num fortassis aliqua tendonis huius portio latum in pede producetur tendonem, nam & id quoque semel Galenus uidetur innuere. Tempestiuū itaque erit, à^d musculo quatuor digitorum secundum internodium flectente, ligamentum illud abradere, quod ego tendonis lati uicem gerere protulit. Deinde fedellū à calcis ossi,^e musculus illi liberabitur, qui paruum digitum in extermum latus abducit, & statim ille^f qui pollicem in internum latus à ceteris digitis amovet, ut^g musculus quatuor digitorum secundum articulum flectens se ferat, istq; à calcis ossi liberari quaet, & postmodum ad digitorum radices duci. In tendonum uero ipsius administratione, pati modo ut in manu fieri præcepimus, cultello exiguō transuertum digitorum ligamentum secundum ipsius longitudinem diuides, at deinde qualiter subditos tendines transmittant, atque in secundos articulos inferantur, spectabis, sectionem rufius ad tibie posteriora confersam. Iam enim in poplite latitas^h musculus adeo pulchrit̄ occurrit, ut ipsius naturam non minus atque ego illam describere possem, intueri ualeas, & non oscitante animaduertere integrum sit, num uel minimum tibie flexione iopitulari queat. Haec intuitus, illum à genu articulo liberabis; & nisi articulum ad ligamentum inspexitum ferare propositū sit, nihil prohibet à tibia femur liberare, quo cōmodius tibiam & pedem postmodum pertracere. Abflecto igitur, aut reflexo ut libet femore, musculus secundum pollicis flectens intermediū, suo principio liberatum à subditis ad calcem usq; detrahens. Deinde & illum quoq; similiiter auellas, qui terrium quatuor digitorū os flecit. Vt iam utroq; ad suos sinus deducit, transuera ipsorum ligamentum, longa sectione diuidere, ac postmodum ipsum x litera instar in cubitum examinare licet. Ille enim ē uerū obuius est, quā ex suis sinibus detractos tendines à pedis plāta deorum reflectis; neq; ita dunataxat incubitus ille cōspicitur, inō etiam portauicula se offert à musculi pollicem flectentis tendine, illi admixta tendonis, qui tertium indicis internodium flexus est. Quintū haec administratione occurruuntⁱ musculi quatuor digitorum pollici adductores, quos à calcis ossi liberatos atq; ad infectionē perductos, unā cum tendonibus quibus illi porrigitur, adimere conuenient, ut^j carne moles primos digitorum articulos flectens inspiciatur, quam ex tuo arbitrio, aut proflus à pediū offibus abrasades, aut illis connexā fines, Iam^k mulfclū luis, qui adhuc in posteriori tibie sede reliquus est, quiq; pedis motibus famulatur, à fibula & tibia ossi, & horum membranico ligamento ad posteriorem usq; interni malleoli sedem liberabi

tur, ac peculiari ipsius transuerso ligamento longa sectione diuisio, ad insertionem usq; musculus
ille ductetur. Ceterum iam opportunum est, & anteriores tibiae musculos aggredi, atque hic
omnium primum transuersum¹ ligamentum sectione per longum facta dividere conuenit. In
quo opere magna tendinum congeries sece exhibebit, quorum (ut singulos ordine intuearis)
primum tendinem attolles, pedem mouentium² sexti. Huius musculi caput aliorum musculorum
modo, ab exsoru liberatum, ad insertionem usq; ducentum est, quod mediocri fit ne-
gocio, si utrinque musculi latera ab ipsi connatis cultello aut nouacula diuiseris. Post hunc
tus sece ostendit quatuor digitos extendens³ musculus, una cum portione illa,⁴ quam nonum
pedem mouentum recenti. Vbi hic à tibia liberatus ad insertionem ductus erit, is aggrega-
tur⁵ qui pollicem extendet, quem similiiter à tibia liberatum ad insertionem ducere expediat. Su-
perficiem in tibia⁶ duo pedis motibus famulantes musculi, qui fibulae exporruguntur. Horum
sectione à⁷ ligamenti transuersi inter calcem & fibulam positi dissecione inchoabitur, & deinde
tendinibus eleuatis, uniusversum musculorum corpus à fibula dirimetur, ut postmodum ipso-
rum insertionem liquido uideas, ac demum⁸ musculos, qui superiore pedis secundum occupat,
suis principijs liberatos ad insertionem perduces, atque ita uniuersa musculorum fabrica una
nunc mecum summam manum imponas, ac ligamentorum quae adhuc reliqua sunt naturam
species. Atq; horum omnium administratio proprium nihil, aut peculia exigit. Si enim iam
ligamenta ex latere ossis facri, ubi quintum os lecto committitur, prodeunt insperxeris, una
cum⁹ membrana pubis ossis foramen occupante, integrum erit illum os à sacro, impetu ab-
rumpere, & commissuram ambiens ligamen simul cum cartilagineis ligamentis intueri. Mox
ad coxendicis articulum accedens, orbicularium illum ambiens¹⁰ ligamentum anterior cultello
transuersim diuidito, atque eius crassitatem, sed praecepit orum & insertionē inspectio. Si mo-
dò femur in exteriora modice duxeris, ex acetabulo ipsius caput elabetur, & teres¹¹ ligamen-
tum sc̄pctandum exhibebit. Hoc transuerfum dissecio, acetabulum accurate obseruandum
uenit, propter iam commemorati ligamenti insertionem, & id ligamentum quod finum au-
gere diximus. Prisequamus uero genu¹² ligamenta admistrinestrantur, opportunum est perpen-
dere, anteriori articuli fedi prater¹³ patellam, cum extensitudibus tibiam tendinibus nullum
ligamentum præponi. Id enim ubi constabit, exterius ligamentum à femoris capite liberatum
ad fibulam deduces. Post hoc internum quoque à femoris interno capite liberatum, similius
uersus anteriora tibiae dissecabis. Posterioris uero regionis ligamentum opportunità tibia di-
fectum, ad ipsius in femur insertionem perduces. Diuisio postmodum ambiente articulum li-
gamento, in latus tibiam postmodum reflecte, ac cartilagineum huic articuli ligamentum ad
amplius expendito, &¹⁴ cartilaginea tibiae ossis finum angentes, ab articulo acutiori cultello
admitto. Ligamenti, quod tibiae fibulam alligat, natura, si ad cōmīsluram id diuidatur, circa
negocium conspicitur.¹⁵ Membrana quoque isthæc ossa, quæ inuicem distat, intercedens, sece
fam circa ullam sectionem offert. Tranuerfa omnia modo dissecia sunt, atque iecurco superet
duntaxat fibulam à tibia disrumpere, & ligamen ambo ossa colligans inquirere: dein acutiori
cultello fibulam à talo, & postmodum à tibiae osse talum liberare. Ita enim duo sece offerunt
tali ligamenta, cartilaginis specie donata. Duo autem reliqua disces, si cultello talum ab osse
cymbam imitante diuisceris, & à calce talum abraferis: quod difficulter, idq; nisi acuto cultel-
lo perficeris. Ad hunc modum reliqua pedis ligamenta aggredieris, nempe ipsi secundum
ossium commissuras circumsectis. Quam uero concinnè hæc omnia à Natura sint formata,
ex cuiusque ossis usu, & generali ligamentorum facultate, cuiusnotum esse arbitror. Quapro-
pter neque hic, neque alias sappiū ad summi rerum Opificis encomia digressus sum, ne eadem
semper aut de mulculis aut ligamentis repetenti, in nimiam mollem hæc excrecerent. Præ-
puè quum nihil facilis sit, quām prolixè in usus enarrationem excurrere,
si modo actio à me semper descripta non lateat.

LIBRI SECUNDI FINIS.

ANDREAE VESALII²⁵⁷

BRVXELLENIS, DE HVMANI CORPO-
RIS FABRICA LIBER TERTIVS, QVO VENARVM ARTERIA-
rumq; per uniuersum corpus series describitur, & peculiares ipsi
figurae, quibus cōueniunt Capitibus praeponuntur.

QVID VENA, ET QVAE IPSIUS SVB-
stantia & usus. Caput I.



SSIVM musculorumq; historia superioribus libris
enarrata, proximum uidetur, uenarum arteriarumq;
per uniuersum corpus distributione aggrederi: siquidem Galenus in primo de Administrandis sectionibus libro, hunc in Anatome discenda ordinē obser-
uandum recte praeciperit. Nam aliud fortasse carum
partium, que peritonao & costas succingente mem-
brana & calvaria cōtinentur, descriptionem, non ue-
narum modō ac arteriarum, uerū & neruorū quo-
que descriptionem oportere necessariō praecedere,
haud inepite arbitrabitur, quod ab alio carum partium
notitia, omnis de uenis, arterijs & neruis sermo tam
difficilis futurus sit, ut ega nequaquam improbauerim
hunc librum, & quartū qui neruis dedicabitur, quin

*Quid tertio li-
bro docendū.*

to libro, sexto ac septimo subiici, eosq; præsentem anteire, atq; id maxime, cūn quis sectionum
proflus rudit in istos libros primum inciderit, & nō in nostra Epitome uel obiter sece exercue-
rit. Ne tamen longius in præsencia à Galeni & ceterorum qui ipsum precellere dislectionis
professorum placito declinem, hum librum uenis arterijsq; confreco, à uenis, quod plures
sint, atque arterijs magna ex parte in sternant, sumpto sermonis exordio, libera p; sententia
lectori in nostris libris transpondens reliqua.⁶ Vena igitur pars est instrumentaria, teres, fūtu-
losq; in starcauata, & uniuero corpori sanguinem partes enirriturum unā cum naturali spiritu
in signiter (si quis modō sit) caliginoso deterens. Hec unica peculiari proprietate cōstat tunica,
qua colore, crassitate & forma, membrana responderet, sed alia ab illarum natura plurimum di-
scerpat. Membrana namque simplex ac simile corpus censetur, & omni ex parte quomodo-
cunque discerpatur, perpetuò membranæ nomen retinet. Venæ autem tunica, corpus est in-
strumentarium, ex similiis partibus, fibris uidelicet, cōformatum. Quemadmodum enim
membranæ musculorum tendines, ferè unicō fibrarum genere intexuntur, atque hac occasio-
ne non in similiis, sed in instrumentariis partium clavis reponuntur, ita uenæ tunica
triplici fibrarum genere constituitur. Huiusmodi fibrae Graecis *hōs* nuncupantur, & substan-
tia quidem, forma, & colore musculorum fibris respodent, actione autem plurimum ab illis ua-
riant. Hæ enim carne musculorum substantia oblitæ, arbitrario : illæ uero nulla carne impli-
cite, naturali motu præsentiuntur, quippe ut motus è nostro arbitrato pendentes, fibrarum in
musculis auxilio perficiuntur, sic naturales mōres uniuero corpori subseruent, fibris quibus
dam obeuntur, que organis toti corpori famulantibus intertexte sunt. Quanquam naturales
motus non omnes, sed materie duntaxat alicuius attractio, retentio & expulso, huiusmodi fi-
bris adimpleantur. Voco autem in præsentiarum uim attractricem, retentricem & expultricem,
non qua singulis partibus ad sui nutritionem à Natura est ingenita, sed qua quedam corporis
partes commune uniuero corpori munus præstant. Etenim proflus alia censetur attractio
cibi per stomachū in uentriculum, & sanguinis è caua uena in dextrum cordis sinum, & aeris
ex arteria uenali in sinistrū cordis sinum, & feminis in uterum, & sanguinis in uenas, & spiritus
in arterias, quam attractio, cuius beneficio partes illæ nutrimentum sibi familiare, & quo pri-
uatum aluntur, ad sece pelliciunt. Rursus longè alia excretrix facultas est, qua uentriculus cibum
à se cōfectum in intestina propellit, & qua rursus intestina superiore eundem in inferiora pro-
trudunt, & qua cor sanguinem in pulmones ac uitalem spiritum simul cum sanguine impetu
per corpus ruente in magnam arteriam mittit, & qua sanguinem una uena pars in subsequen-
tem cōtinuo deriuit, & qua uterus scetus & uesica urinam excernunt: quam ea sit, qua nunc
dicitur partes proprij nutrimenti recrementa à se abigunt. Ad hæc, proflus alia putatur cibi po-
tusq; in uentriculo, & scetus in utero, & urinæ in uesica, & sanguinis in uenis, & spiritus in cor-

Quid uena.

*Vene corporis
in quo à mem-
brana differe-
rat.*

*Fibrarū que
naturali mo-
re sui præsent,
alij que ar-
bitrario fūtu-
lois tenui
devenia.*

de retentio, quālēa sit cuius beneficio cor, utricle, uesica, uterū sī familiare nutrītūm
sibi seruant, & retinent. Motus igitur omnibus partibus proprij, atque alijs nō subministran-
tes insita partibus duxat ut, citra fibrarum operem omnino fiunt. Sed partes quas aut attrac-
tionem, aut retentionem, aut expulsionem partibus alijs, vel toti etiam corpori administrantem
& commodam subire necessum est, ad eam functionem fibras quasdam fibi uendicant,
quarum auxilio illam complent. Et quemadmodum tres specie sunt motus, ita quoque tripes
fibrarum genus à Natura constructum est, rectum uidelicet, obliquum & transuersum. Ac re-
tē quidē fibrarum attractioni conducunt, obliquae autē retentioni, transuersae expulsioni.

*R. uela fibra
rū delineata,
in qua A tripli-
cata seruit, indicat,
B autē C
seruitque obli-
quā genitris
diffinitas, D
utero rectas.
Et E tripli-
cata fibrarū ge-
neris complexa
quodammodo ex
prima, quia
mors subiecta
uera effigies
accutus proponit.*



Recte enim sunt, quae secundum organi longitudinem expanduntur. Obliquae autē, que secundum obliquum organo obducuntur. Atq[ue] haec circulares sunt: sed quum in duplice sint differentia, inuicem contrariantur, ac se mutuo x literat, aut potius duorum inuicem implexorum circulorum modo decussati interficiat, ita commode quicquid organi cauitate comprehenditur, retinetur. Transuersae secundum corporis latitudinem exacte transuersim locantur, corporis orbicularium, quemadmodum obliquae, ambiant, quanquam interea transuersae, circulares orbicularēs priuam nuncupentur. Dicet porro quis fibram naturam (Bi mo dō molestus duxerit hominē hoc solo nomine agredi) quoties utricle, aut intestina alicuius animalis mensa apponuntur, si unguibus utricle & intestinorum fibras inuicem diuelleret, gād corpora nihil præter certas qualitatib[us] fibras inter se ordine, & prout parti ex usu erat, intertextas esse, expendere haud grauabitur. Idem spectabit, dum bouis uescam, aut anserum influuiem inflari intuebitur: quandoquidem triplex illud fibrarum genus in distinta uesica manifesto se spectandum offeret. Contrā si membranam aliquam, ut que costas succingit, aut peritonēum, in manus quis astuplerit, leui negotio dicet hanc simplex similitudine corpus esse omni ex parte fibri par, nullisq[ue] eiufidem fibris conformatum. Quām itaq[ue] uena (ut oratio unde discesserat reflectatur) organum sit, uniuerso corpori in fanguinis admīnistratiōne utiliter subseruiens, Natura corpus ipsius membranē a histula inflata cauitate con-stituit, ac certis quibusdam fibris, non autem ut fors serbat intertexuit, ijs nempe quas fanguinis administrationi utiles fore cognouit. Quamobrem quum sciret uenā necessario fanguinem

*Vene compo-
sitioris uel.*

*Vene case por-
to a dextro cordis
fina a inguli usq[ue]
descendent, quā
fibrarum in uenaria
corporis naturā do-
cēnt grātia flā-
diōse fixantur. Si
forē inter rā-
morū hic passi-
abstractuorū rā-
morum expēri-
tūt, hinc
uena portione in-
tegrē case uene
dissimilans quinti
Cavitas fini subiecta confit, in illa quid
D, E, F, G, H, I, K, N, S, T, & à inde
cent pendens.*

*Affixitla &
non peculiaris
uena tunica
ca.*

*Venerum &
fus.*

ad se admittant, rectas illi comunicant fibras, quibus uena fanguinem in ipsius allicerat cauitatē. Deinde quia fanguinis ad subseuentem uenā partem tanquam per riuum propulsione opus erat, transuersis quoq[ue] fibris cam donavit. Ne uero statim uniuersi fanguis in proximam uenā partem citram ex alia afflueretur propellereetur ut, obliquas etiam fibras uenae corpori implicuit. Ex tribus itaque fibrarum genibus uenae corpus inflat albæ membranēq[ue] seu neruosa tunica conflatum est, distendi & rursus (ut contente materici appositi congruat) in se collabi aptum. Prater hanc peculiarem tunicam, uena aliam subinde afficit, pleriq[ue] etiam corporis partibus communem. Quandoquen enim uenae longo tramite aliquo ducuntur, aut off[er]ti, aut duriori cuiuspiam corpori incumbunt, aut alicubi suspenduntur, tum membrana illis

ueluti alia peculiaria tunica obtendit. Huiusmodi tunica uenae per uniuersum corporis induuntur, quoties extra uesica aliquod, aut musculi corpus eminent, nec uisceris aut muculo intinxuntur. Tunc enim semper ex cōterminis membranis alia quedam tenuis tunica ipsi obvoluitur, cum tunoris ductus, tum ad uicinas partes firmioris nexus gratia. Ceterum uenae corporibus quibusdam inferte, ac in illis propagante, huiusmodi tunica nequaquam indigent, quid abunde in illis corporibus firmantur, quodq[ue] a tunica impedimento effert, quo nimis prompte sanguis ex ueni sudaret, aut ut sanguis in uenis collectus, substantia alicuius uisceris um tardius experiretur. Et hac postillū ratione in nulla corporis parte, uenae neq[ue] tenue rem adipiscuntur suam peculiariam tunicam, neque in plures diffunduntur lobos, quām in iecoris substantia, qua succum in uenis contentum in fanguinem mutatura, suisq[ue] incrementis liberatura erat. Omnes uenas ratione primaria ut fanguinem singulis corporis partibus defērunt, rerum Opifex procreauit: quanquam quibusdam carum ramis, ut portae uenae propagi-
nibus

nibus, ad cibis in ventriculo elaborati ad iecoris portas attractionē, ceu alijs ad excrementorum
 (ut quae in renes fecundum sanguinem deferunt) repugnationem abutatur, quas omnes suo loco
 commemorabimus. Num uero ipse ne sanguis fructu nullam à uenae corpore elaboratio-
 nem sentiens, per uenae defluere) quandam sanguificationis uim uenis indiderit, non adeo
 prompte affectum uelim, etiamque id omnibus confessum sit distinctionis proceribus. & si fortal-
 lis hæc uirtus uenis tribuitur, ea nō rubicundum parabit sanguinem, sed uenae corporis modo
 album, siquidem in omni naturali corporis nostræ partium cœcoctione, concoctum necessariò
 sibi concomentis colorē asciscit. Verum iam tempestuum erit, ex quibus nam partibus ar-
 teria fabricetur, persequi.

QVID SIT ARTE RIA, QVAEQUE
 ipsius substantia & usus. Caput II.



ARTERIA uas est similiter ut uena membraneum, teres ac fistulæ modo cauum, quo uitalis spiritus, & tenui flauis calidusq; sanguis per uniuersum corpus diffunduntur, quorum beneficio, ac dein arterie ipsius motu (qui dilatatione ac contractione fit) naturalis singularum partium calor uitalisq; spiritus recollantur. Porro Hippocratis adhuc, & Platonis, & Aristotelis tempore, arteria nuncupabatur, qua inspirantes è na-
 ribus aut ore aërem in pulmones attrahimus, quæ rursum exspirantes
 è pulmonibus eundem educimus. Nobis uero uocatas arterias, illi uenas appellabant: atque arterias à uenis nonnulli ex ætate distinguebant, quum has quidem non pulsantes, illas autem
 pulsantes dicenter. Ad hunc fanè modum Hippocratis arteria uena nomine donatur, cuius agitatio, quum in infantis partu uulso & magna & ualida reperiatur, ualidam ac uegeto seruo-
 doq; calore præditam in corde irascibilis uim esse tefatur. Ceterum alijs arteriae nominabantur, uenæ flauum & spirituofum, ac per corpus impetu diffusum & tenuis subtilisq; subflan-
 tie sanguinem uerius corpori dœcuentes. Ita enim Platonii arterias uenas uocare libuit,
 quando in Timaeo attestatur, cor simul & uenarum fontem est, & sanguinis qui per omnia
 membra uehemite circumfunditur. Nam quum uasa pulsantia (inquit Galenus) nondum, ut
 nunc, arteriae dicenterunt, sed tantu illis sic ueteres appellarunt, quæ ex ore in pulmones diu-
 ricatur, iure Plato ut distingueret, quarum uenarum cor esse sanguinem uelle, sanguinis qui
 per omnia membra impetu defertur, meminit. Aristoteles autem in libris de Animalium par-
 bus, & corundem historia, subinde arteriis uenarum nomen elargitur. Nam ut reliqua præ-
 terea loca, is magnam arteriam cause uenæ comparans, in tertio historiæ de Animalibus il-
 lam minorem uenam crebro appellat. Sed successu temporis eam quæ ex ore in pulmones per-
 tingit, alperam uocare ueteres coeperunt: uasa au-
 tem pulsantia, naturalemq; calorē recreantia, leues
 nuncupauerunt. Verum nunc sola que ab ore in pul-
 mones diffunduntur, suum nomen feruauit, aspergæ
 arteria uocatur. Arteria itaq; similiter ac ueng mem-
 brano cōstant corpore, cōprimi ac in se collabi, &
 rursum distendi idoneo: at longe solidiori, duriori,
 ac ex pluribus tunicis cōformato. Arteria enim du-
 as peculiares fibi uendicat tunicas, quarum exterior
 proficio robore ac crassitate uenarum peculiares tuni-
 cas responder, interior autem plurimum dissectionis
 proceri suffragio, crassitate huius ferè quintuplicata:
 ac postmodum totum arterię corpus ad uenam colla-
 tum sextuplum censetur. Haec tunica quibusdam,
 quia durior & quauis membrana longe crassior sit,
 cartilaginea seu cartilaginea appellatur. Vnde etiā Ara-
 bes forsan arteria uenarum pulsatilem uocauerunt.
 Tunicae arteriae similiiter ut uenæ, fibris cōforman-
 tur: ac anterior quidem transversis duntaxat int̄te-
 xitur, exterior uero rectis, & quibusdam mediocri-
 ter obliquis, transuersis autem nullis constat. In-
 terior arteriae tunica, ceu cutem quandam internæ
 intestinorum & uentriculi superficie in modo continet, late continuatq; paraneorum telæ mani-
 festo

L. 4. de Yfa
 par.

Quid arteria.

L. 2. Morbo
 rum uulga.

In libris de
 Placina.

"

"

Arteria cor-
 pus quale, &
 pars ipsius pe-
 culiaris tunis-
 es.



Arteria magna quæ ex cor-
 de prænascitur portio, quam
 difficiliter aperirem finimus,
 ut arterie hæc cōsiderentur
 tunicae. A quidem locum in-
 dicat, in quo positionem ea oc-
 currunt tunicae, quem aran-
 tele affirmamus. B autem &
 B interiore, notant arterie
 tunicae. N' uenam autem il-
 le, 1, 2, 3, in suis tuis membra-
 nas magna arterie orificio
 precessat, ac in decima sexi
 libri figura B, C, D noten-
 das. Et iure E, & D due-
 rum cornualium arteriæm
 originem ostendunt. Fora-
 mina autem in arterie trun-
 co ad vertebrales dorsum deple-
 xo conficitur, serum propria-
 gnum sunt ora, que costis,
 dein septo, & alijs ad renes
 usque organis digeruntur.
 Verum haec suo loco erunt
 dilatiorib; in præfetenam
 figura arterie tunica obliter-
 atnotare uisum fuit.

Affectione arteriarum tuniciæ.
Affectione arteriarum tuniciæ.
Asterie confricationis rationis.

nifestò persimilèm, in grandioribus quidem arterijs conspicuam, ac à nonnullis tertiae arteriæ tunice loco descriptam. Quarta uero alia peculiaris nulla est, sed ueluti quibusdam uenarum, ita quoque arterijs alicubi membrana tenuis obhæretur & circumtendit contingens, aut stabilens, aut connectens ipsas proximis partibus, quemadmodum de altera uenarum tunica retulimus. Atq[ue] hæc omnia iustissimè à summa rerum Opifice sunt extructa, qui in hoc arterias (utin Capitis initio dicebam) formauit, ut illæ uitalem spiritum & sanguinem impetu per corpus diffundam, singulis partibus deducere, ingenitumq[ue] calorem recrearent. Fibras enim arteriae corporis, eiusdem quo uenæ uisu gratia fortior, ac plurimas quidem transfueras exigit, ut ocyus ipsi ex finitu cordis sinu immixtum sanguinem & uitalem spiritu toti corpori dispenset, neque aliud in transmittendo recipiendo rhythmum, quām cor ipsum efficiat. Ad hoc namque munus magnopere transfuerit, quas expulsiōnē à Natura præfectas esse dudum asservimus. Obfuit autem expulsiōni insigniter oblique, ut que materias retineant afferrent. Vnde etiam Natura paucissimas obliquas arterias elargitur. Que quum tenuiori rem rariorē & uelociori impetu ruenter substantiā, quām uenæ, erant amplexuræ, ac dum uiuit animal perpetuè dilatandæ cōstringenda, merito etiam durioribus & crassioribus pluribusq[ue] tunicis conformantur.

QVIS VENARVM ET ARTERIARVM numerus. Caput III.



Quatuor uenæ.

V OT in uniuersum corpus uenæ, & item arteriæ deruentur, si uniuersæ fiboles uaforumq[ue] omnes distributiones enumerande sint, indicare ardū proflus est, atq[ue] propemodum impossibile. At si uenæ arteriæ propriam exigentes circumscriptionē, ac ueluti proprijs terminis finite, duntaxat numero quodam sint complectendæ, in procinciu est numerus. In natu enim absolutisq[ue] hominibus omnes uenæ ut plurimæ quaternario numero comprehendentur, quæ catemer omnium radices censentur. Atque una ex causa iecoris fede prodienti in bils uescicula, uentriculum, liuem, intestina, mesenterium & omentum excurrit.^b Secunda ex gibbisi iecoris, aut ut quibusdam usum est ex dextro cordis sinu originem sumens, in reliquo corpus solis duntaxat exceptis pulmonibus, innumerarum rumoris ferie dispendatur.^c Tertia, & dextra etiam cordis sinuata, frequenter admodum propagine in pulmones digeritur. Verum hanc uenam hoc sibi peculiariter uendicare audies, quod arteriarum confert corpore, unde etiam arterialis uena nuncupabitur. Quarta ab umbilico in iecur, ut sic dicam, producitur, ac ad fetus nutritionem duntaxat animali famulatur, neque hic in uenarum numero rectè haberi potest, uixq[ue] propria circumscriptione donatur. Ab his itaque uenis reliquæ omnes quæ in corpore occurunt originem mutuantur, cistisq[ue] continuae sunt. Arteriæ autem numero binæ censentur,^d una quæ ex sinistro cordis sinu originem capiens, in uniuersum corpus præterquam in pulmones, dispergitur.^e Altera ex eodem cordis sinu pronata, in solos pulmones distribuitur: quæ quia uenæ corpore constat, uenalis arteria nomen obtinuit. Porro^f duæ arteriæ ab umbilico secundum uescicula latera descendentes, ac fori tui quodammodo propriæ, cum magna arteria propaginibus iuxta offis facri regionem uniuertur, quare etiam proprietatum arteriarum loco neutiquam recensem dare ueniunt. Cæterum fetus uenæ & arteriæ priuatum sibi aliquid uendicent, id suis locis ubi foetus uaforum tradetur historia, sicut obuium. Iam enim operæ præcium est à perfectorum uenis exordium sermonis sumgere. Verum quoniā singularis corporis partibus arterias uenæq[ue] deduci oportuit, nonnullae autem partes procul ab horum uaforum initiis distant, longè optimum fuit, neque totu[m] ramos ex principijs originē sumere, quorū corporis sunt partes huiusmodi uafis indigentes: neq[ue] omnino multos: fed summopere expediebat maxima organa caudicum infar unoq[ue] principio deduci, & ab illis in proximas partes ueluti ramos propaginesq[ue] deriueri, à quibus singule partes, quod sibi familiare sentiunt, in nutritionem allicerent.

DE GLANDVLIS, VASORVM DIDVCTI bus roboris gratia immixtis adnexisq[ue]. Caput IV.

Nature arteriarum arteriæ arteriæ.

PRÆSENTI Capiti figuram non duxi præponendam, quod quamplurime buc simul locari debuissent quinti ac sexti & septimi librorum forme, præter aliquot etiam mucusculorum

sculorum tabulas, ad quas à Capitis contextu, dum aliquius glandule mentio incidet, opportune remittere.



I C V T Natura uenae & arteriae præter proprias ipsarum tunicas, aliam subinde membranam circundedit, cuius beneficio opportunè contermi nis paribus alligetur, tutoq[ue] prorepat: sic quoque quum minime ignoraret unumquodq[ue] us inibi noxijs opportunijs expositum esse, ubi in ramos discedunt, tuce fissione gratia, præter eiusmodi membranas, substantiam quandam medicocriter mollem modiceq[ue] cedentem condidit, qua noどrum in arboribus ritu, usorū diuariationes, sic paſſim repleuit, hancq[ue] ramorum feſſionibus ſubſtrauit ac circumdegit, ut nulla ipſarum facile findi, uel in ualida fieri poſſit. At quoniam per motum uiolentiorem uaforum diuariationes iniurias potiſſimum patent, & ſuper molliae medicocriter ſubſtantia opportunijs uafa quieteſcunt, & demum huius auxilio quamuis mouetur uenementum, imperfuta integratq[ue] custodiuntur, Natura haudquaquam ut foris feret, ſingulis uaforū diuariationibus huiusmodi ſubſtantia interiecit. Quodquidem hæc pacifimā, aut nullam propemodum diuisionibus, quæ neq[ue] ſuſpenſe feruntur, neque articulis qui in acutum angulum fleſſuntur extenduntur ueſcumbunt, cōmunicauit, quod illas uaforū partitiones ex uiolento motu nihil paſſuras ei perſpectū effet. Ve rum ubi diuisiones quamip[er] membrana ſuſpenſe, aut ſuper articulos, qui in acutos mouentur angulos longius porrigitur, eāq[ue] plures in iſtuſmodi fedibus numero habentur, Natura hanc de qua agimus ſubſtantiam non medicocriter copia circumdegit, ut per uniuersam portæ diutributionem el cerneat, quod hæc nimirum uniuera membrana duntaxat ſuffulta ad uentriculum, liēm & intellina excurret. Parti in ſuper ratione in membranis amplitudinē thoracis interfientibus, & in cerebro ſuper cerebri telles (quod inibi ſuſpenſe feratur uena) hanc ſubſtantia procreata ex coſectione doceberis. Sub superiori uero pectoris oſſis fine, ſub auribus, ad aspera arteria caput, in axillis, in cubiti flexu, in inguinibus, in poplite & alijs nonnullis corporis fedibus, propter adiacentium partium mox & numero fam uaforum diutributionem, eiusmodi ſubſtantiam diuisionibus interieci, in ſeronis progreſſu ostendam.

Subſtantia hæc communi nomine Græcis ἀσθίων & ὕπερ dicitur, Latinis glans & glandula & glandium, eftq[ue] omnī corporis partī ſumme imbecillis, ac fluxionibus imprimis obnoxia. Haud enim diuiffuet partes reliquis uillorū corpori uolum preſtates, ceteris ualidiores effe, immo deieciſis uiribus præditas & recrementis excipiendis aptiores creari. Ceterū non omnis huicmodi corporis ſubſtantia, colore, forma, nomine, duritia fibi reſpoſdet, quedā enim molior, rubicidior, & querincia glandi forma proſtris diſſimilis eft, qualis ea enſentur quæ priuicio graciū intellexiū non procul ab inferiori orificio uentriculi exporrigitur: & ea quæ in elatiōne inferioris membrane omenti regiōne ſub uentriculo coſiſtunt. Hæc quia rubicidior, idq[ue] potiſſimum in canibus, & mollior & undiq[ue] fibi ſimiles uitunt, à carne Græcis πάγκης & λαρυγγος nuncupatur. Quæ uero in tugulo ſub pectoris oſſe habentur, iam diuīta propemodū ſpecie reſpoſdet, & à Græcis βύσης, & Latinis autem cōmuni uoce glandiū appellatur. Ceterū quæ in reliquo corpore paſſim occurrit, & nuper diuīta durior eft, glandis querincia imagini quadammodo accedit, & peculiař nomen in quibufdam corporis fedibus obtinet. Cuius genere in cerebro glans pinea nucis imaginē reſerēs, & forſitan in meſenterio laetē ſeu per id diutributione glandes ceneri poſſunt. Ve rum hominis fabrica etiā alijs dona glandulis ad alios uſus, quām ad uaforū firmitate diutributionē procreatis: in quārū numero glans habetur, cerebri pituita ad palatum defluente excipiens, tonsilla glandes laryngis radicis in natu, glande ſum uirilis uelutina ceruicis corpus, cui ſemen deferentia uafa in ſeri docebitur, quodq[ue] uaforū diuariationi uix quicquā auxiliatur. Cuius uero potiſſimum uſus gratia nuper cōmemorate glandes parata ſunt, luis locis abun de perſequar. hic enim ſufficerit glandes cōmemorare uaforum diutributioni præfectas, ex quibus nonnullæ non ſolum uafis præſunt, utrum etiā aliqua meatus humectandi præterea idonea enſentur, quemadmodum glandes in meſenterio reponi te, & que duodenio in testino exporrigitur, ut intellina lenio humore imbūat, progenite a diſfectionum profelloribus creduntur. Aliæ rurſus replendis ſinibus & cauitatibus etiā ſunt accommodata, ut quæ in fauibus omnium infimæ, & ſub aurium radice conſiſtunt, & que axillarum & inguinum cauitates inſarciantur. Que autem in mamillis habentur, præterquam quod lacti generando ſubſeruent, etiam uaforum partitiones uterque firmant ac corroborant. At de his omnibus, ut paulo ante innuebam, ſuis locis afflatim diſferemus, oratione ad uenarum ſiem nunc properante.

Cur, & quae
do uaforum di
ſtributionibus
glandule in
muntur.

Glandulae ſub
ſimile nomē,
ac imbellitas.


Glandularum
diſſerentes a
nominē, colore
& imagine.

Ab iſa.

Ad ſicut ſe
cunda de ſecond
ne Galenus.

362 ANDREAE VESALII BRUXELLENsis
VENÆ PORTÆ ORTVS, IPSIVSQUE
propaginum series. Caput V.

VENAE PORTAE AB VNIVERSIS QVI
BVS COMMITITVR PARTIBVS LIBERAE INTEGRA
ddlineatio, in ea proportione expressa, ad quam secundum praesentem fu-
guram aliquis secur, bilis vesiculam, ventriculum, lienem, omen
tum, mesenterium & intestina ex illorum magnitudi-
ne, ac insuper in suo situ depingeret.



NVDAE VENÆ PORTAE DELINEATIONIS
characterum Index.

A, A etc. QV IN QVE bis characteribus portæ uene propagines indicantur, per icoris
corpus diffusæ, & hic ueluti icoris formam secundum cauam ipsius sedem exprimentes.
1, 2, 3, 4, 5 Numerus iste quinq[ue] portæ uene ramos (missibinde etiâ pauciores sint) notat, ex quibus ipsius
caudex quodammodo proxime cōstituitur, aut in quos is primùm in icoris substantiam digeritur.
Vene

- B Vena portae, quā primū d' ecoris substantia libera & amplissima cernitur.
- C,C Duo ramuscū bilis vesiculam in caua ecoris sedē posītām adeūentes.
- D Vena ad posteriorem inferioris uentriculi orificij sedē excurrēns.
- E Hac sedē uena portae in duos maximos bipartitū truncoſ.
- F Truncus ſinifler & elatiōr. G Truncus dexter & humilior.
- H Vena dextram fundi uentriculi ſedē perreptans, & geniculatim illi ſedi ac ſuperioris membrane omenti dexter partis rāmulos p̄bēns.
- I Vena duodenio intestino & ieiuniū principiū ex prompta.
- K Ramus in dextram regionem gibbi uentriculi quā id dorſum reſpicit, aliquot ſurculis digeſtus.
- L Vena in dexterā ſedē inferioris omenti mēbrane & colum infeſtinū quā hāc fertur excurrit.
- M Soboles quādā in finiflō trunco in glandofū ſuorū corporis inferiori mēbrane om̄eti innatū ſparſe.
- N Vena inſignis ſub uentriculo, ubi dorſo is immititur, uerſus clatus ipſius orificiū oblique conſcen-
- O O dens: quō priuiliq' pertinet, utrinque uan educti propaginem Inſignitam, & in uentricu-
- P P. lumbac ſedē qua dorſo incumbit, digeſtam. P uero p̄ſentis uene reflexum per dextrum orifice
- Q Q. uentriculi latuſ in anteriorē uentriculi ſedē: Q autem reliquā p̄ſentis uene ſeriē notat, que inſtit corone id orificium amplexatur. Vmbra qua hanc uenam aliqua ex parte ornauimus, hic ut in reliqui uenarum & arteriarum delineationibus uene partem in poſteriora & in magis recondita deducit, interſtinguit, ab illa que in priori ſeu anteriori ſede oculis ſubicitur, aut oculis propinquior est.
- R Ramus uene ſuperius uentriculi orificium ambientis, qui ſecundū elatiōr uentriculi proceſſens, inferiori orificiū ſurculis exhibet ſoboles etiam fatis frequentes in progreſſu ad anteriora poſteriora uentriculi diſpergiens.
- S Grandis utcumque uena in inferiori omenti membranam & colum infeſtinū quā uentriculo exporrigitur, numero ſobole procurrēns.
- T,T Similitudinariac, ubi ſan licenſe eſt acceſſurus.
- V Vena in ſinistrā ſedē inferioris membrane omenti diſtributā, cuius radicem in integrā ſi-
gura quod ſubinde deſt duntaxat delineauimus, eius ſeriē hāc peculiari figura quam margini adhibemus exprimentes, in qua T uenam, que licenſe exporrigitur, cōmontrat utring abertura tam p̄ſens uero uenula V inſignitur.
- X,X Vena ab illis que elatiōr licenſe petunt, in ſinistrum uentriculi latuſ diſpenſat.
- Y Eiusmodi etiam uena hic, qualem utrumque X indicabat, inſignitur.
- Z Z Vena in ſinistrā ſedē uentriculi ſedē perreptans, multas ſoboles uentriculo ſuperiori ſedē omenti membrane offereſſ.
- a,a,a His characteribus uenarum in licenſis ſubſtantia diſtributio indicatur, adeo frequens, ut licenſis imago in facile oſſendat.
- b,b,b Prima dextri portae uene trunci in mesenterium ſeries. Hæ in mesenterium diſteſta uene qui-
busdam meſtrice ac media & laetice nuncupantur.
- c Vena colo infeſtino quā recto continuatur, ex parte recta.
- d,d Vena ſub recto proreptens infeſtino indicatur, una cum rāmulis infeſtino in uene progreſſu diſteſta.
- e,e Venuſularum ſoboles, recto infeſtini ſinē amplexantes. Præter hanc figurā cuius modō cha-
racterum indicem abſoluti, aliae complures quinto libro dedicatae, huic reponi poſſent, quibus illa
exprimuntur organa, in que portae ſoboles diſfunduntur. Præcipue autem huic ſpectarent ſecun-
da, tertiā, quartā, decimā, duodecimā, decimaterciā, decimāquarta, decimāquinta. Quintam
buc maximē facit, figura ex horum librorum Epitome ſumpta, quā ad p̄ſentis libri calcem
in alia quadam in hoc ſubnecclam, ut uenarum & arteriarum mutua ſerīes oculis obuerſare-
tur. Quotiescunq' īgitur in interiori Capiti contextus marginē ſimplex character ponetur,
illum ad nudam quam huc Capiti p̄e poſuimus figuram refer. reliquos autem ad eas figurās ad
quas illos ſpectare adiſcēmus, ac proinde maſtiffioris doctrinæ gratia ultimam p̄ſentis li-
bris figurā totus libri contextu notabimus, uultifiſ.



Ponte rami
vni in icooris
substantia
ratis.



N I E C O R I S substantia ab omnibus² demissoribus & qua³ orbicula⁴ tim consistunt extremitis ipsius partibus⁵ exiguae admodum numerosae⁶ uenarum propagines incipiunt, qua⁷ uerfus icooris medium porrectus, scilicet in maiores loboles, & inde in grandiores adhuc tantisper coeunt, donec omnes⁸ qua⁹ prole¹⁰ sunt quām frequentissimæ in¹¹ quinq¹², interdum etiam in pauciores ramos colligantur, qui in caua icooris regione uerfus eius medium, ad interiora tamen & posteriora, iuxta dorsum magis uniti, unam grandem & impense amplam constituant uenæ, qua¹³ nobis porta uena nuncupabitur. Hæc ad eum modi ex icooris cauo enata, aut si eum minus uer¹⁴ quam clare loqui uoles, omnes nuper dictos ramos, siboles & propagines in icooris substantia¹⁵ diffargēs, oblique deorsum uerfus finistrum procedit in multos uenarū surculos, ad bilis uentriculū, intestina, lie nū, omentum, mesenterium, hac eric digesta. Primum¹⁶ duos ualde exigui ramos ex superiori, seu anteriori sui corporis parte (non autē latere) bilis uenticula ceruci distribuit, qui can ceruicem amplectantes, ac in surculos capillarū modo prætenues dildicunt, in uniuersum uenticulæ corpus eo pacto excurrunt, quo in¹⁷ alba adhærent¹⁸ uocu¹⁹ tunica, uenulas porrigit cernimus. Posthōs aliquanto inferius ab elatiōn²⁰ quoq²¹ & anteriori uenæ corporis sede, uerfus dextrum tamen latus magis²² aliis ponitur ramus, nuper²³ commemoratis inflignor, qui humilis uen triculi orificium & uentriculi portionem huic iuxta dorsum proximam aliquot ramulis adit, sive nulla prorsus sibole anteriori uentriculi sedem percepit. At porta uenæ caudex deorsum magis protinus, postquam hos diffudit ramos²⁴, in duos maximos bipartit²⁵ truncos, quorum elatior (quem & finistrum doctrinæ studio opportunit²⁶ nominabimus) propemodum uniuersus in uentriculum, & omentum, & quandam colli intestini²⁷ regionem, que secundum humiliorem uentriculi sedem fertur, deinde & in liem absumitur. Alter, qui & humilius & grandio²⁸ est, ac dexter merito appellabitur, totus pen²⁹ in mesenterium & intestina exhaustur.

Ab huius nanque dextro latere iuxta ipsam caudicis portæ in duos truncos distributionem, utcumque insignis uena uentriculo exporrigitur, qua³⁰ omenti membrana superiori suffulta, & sub dextra uentriculi fundi se transtulerim producta, exiguae frequentes & uenulas certo ordinē, ac quodammodo geniculatum uentriculo diuariat, qui & anteriorē & posteriorē fundi de uentriculi regionem multa sibole aliquoq³¹ intertexunt. Hæc uena ubi³² ad medium fundi uentriculi sedem processit, in quosdam exiguis ramos finit³³ illi uence cōtiguos, quam non multo pôst reliquam fundi uentriculi regionem occupare audies. Porri quemadmodum hac uena plurimas uenulas ex elatiōn³⁴ ipsius sedē seriatim uentriculo offert, ita quoque innumerulas uenularum siboles per totam dextram superioris membranæ omenti regionem diffundit, illis ferè numero correspondentes, quas in uentriculi fundum spargi paulo ante dicebam. Verūnam præfens uena³⁵ interdum, neque id fane infre³⁶quēter, à portæ uena suprà quam illa in duos gran des truncos bipartit, originem obtinet, in modoq³⁷ a finistrō portæ truncō non lendit, hanc ipsam pronosticiobrueuimus. Quemadmodum uero hac subinde in ortu uariat, ita etiam uena que ipsam subsequitur, non idem semper principium exigit, nunc enim à dextro dextri truncī latere, nunc uero à latere dextro uenæ portæ caudicis priuq³⁸ is in duos eiusmo dextrum dirimitur, uena quædam originem dicit, quæ³⁹ primum intefinorum quod duodecim uulgo uocamus, numero saepe implicat. Hæc enim intefinum ad medium ferè ipsius longitudinis primum contingens, deorsum ad reliquam intefinum longitudinem paulo ultra iunctum⁴⁰ principium exporrigitur, & superiori membrana omenti & glandolo corpore huic intefinum adnatō suffulta, geniculatum intefinorum sedē, quam percepit, ramos dispergit, non negligens interim glandulam quo sustinetur corpus, nam & illi, & omenti regioni qui prorupti, surculos quodammodo impartit. Cuius uero natura illud corpus sit, in Capite precedente executum sum: quanquam idem rufus in quinto libro Galeni nomine, qui fallo id⁴¹ inferius uentri culi os cōprimere ac occludere opinatur, agendum erit. Hic enim fieri reliqua, quam portæ uena molitur, distributioni dedicandus est. Sinister itaque portæ truncus transtulerim ad inferiorē omenti membranā, quā hæc posteriori uentriculi subiectur regioni, properat, hacē omenti sedē dein & glandolo corpori huic membrana innato sustinetur, apte⁴² suffulcatus in plurimas notatu dignas siboles digeritur. Non procul enim ab ea fedē, qua⁴³ a portæ caudice truncus iste diffindit, inferiorē omenti membrana implicatur, ab elatiōn⁴⁴ ipsius regione uenam germinat, quæ non admodum frequenter ramos ferit in gibbum uentriculū, quā dextram dorsi sedē dñe⁴⁵ diffundit. Ab humiliore autem trunci sedē, alia didicuntur una, nuper dicta quodammodo in ortu respondens, quæ deorsum in dextram inferioris omenti membranæ regionem surculos aliquot deriuat, & quibusdam rami in colum intefinum, quā

qua hac omenti membrana id continetur, præsens uena pertinet. Porro ulterius in sinistro trunco uerius lienem progreßus, præter exiguis sfoles quas priuatim glandulo ipum suffulcanti corpori elargitur, ab elatiōri sua fede uenam promit omnium uentriculom adeuntium facile capaciflammam. Hæc inferiori quoque omenti membrana continetur, & oblique sursum ueris sinistrum sub uentriculo quā dorſo id innititur prorepens, mox in aſcenſu huic uentriculi fedi duos communicat ramos, utrinque singulos, in hanc uentriculi fedem multis etiam surculis dispersos. Reliqua uenæ fursum ad elatiū uentriculi orificium, per uentriculi posteriores exorſectum, ad dextrum orificij latus ad anteriora ipsius orificij emergit, & totam anteriores fedem ambiens, secundum sinistrum eius latuſ denudu in posteriora retrorquetur, ac ut fedem dicit corona proflus modo uentriculi superius orificium concinna perrepit, in progressu recta deorum in uentriculi corpus ramos geniculatum offert, qui magnam uentriculi fedem occupant. A superiori autem sede, uena hæc ramulos etiam diffundit, sed exiguo proflus, & in stomachi terminum, quā a uentriculo continuatur, excurrentes. Porro inter cæteras propagines, ab hac uena corona ritu uentriculi elatiū orificium succingente exortas utcumque insignis uena ab ipsa pronascitur, quā a posteriori uentriculi regione secundum dextrum orificij latus antrorum condit. Atque hæc propago à dextro eius uenæ latere nata, secundum superiorem uentriculi fedem, inferius uentriculi adit orificium, id frequentibus utcumque uenis amplexans, & in progressu geniculatum ramos in priorem posterioremq; uentriculi fedem spargens, lam commenrorat uenæ tot propaginibus in uentriculum pertinenti, alia respondet, ab humiliori fede finistris uenæ portæ trunci prodicens, ac inferiori omenti membrana implicita, quæ non ita longè ab initio in duos ramos plurimum ab inuicem dícedentes bipartitur, ex quibus denudo quamplures surculi deorum prorepunt, & in colo intefini partem (quæ inferioris membranae omenti beneficio tanquam à menterior ad dorsum committitur) excurrentes, & nonnullis propaginibus inserti in partē inferioris membranae omenti, quæ intefinis incumbit, ac velut à colo intefino pronascitur. Atque hæc quidem de hominibus me hæcne dixisse arbitrari, nam à sinistro portæ trunco ne minima quidem sfoles canibus ad columnam intefinum digerit, ut etiam in ipsis columnis intefinum nulla ex parte omento alligatur, adeò ut neque mirandum sit, si hac orationis serie inter dum à Galeni placitis recedam, qui sum arum uenas, ut ipse etiam ad Antisthenem scribit, ex professo docens, hominum uenas non perlequitur. Cæterum postquam finister portæ trunca commemoratas eduxit propagines, ad lienen transuersum accedens, in duos ramos fecatur, qui rursus in alios partiuntur, atque hi denudo in alios tantisper dirimuntur, quo usque numerola ramorum serie in " cauam simam uenias fedem recta linea secum dorum rotam lienam longitudinem inferiori membranae omenti perpetuo suffulti implentur, atque infinita sfole uenulas oppidò quām graciles inuicemq; implexas, per uniuersum lienam corpus digerant. Ab infimo ramo, lienam inferiora petente, priuquam finister portæ trunca in frequentissimas sfoles illas dispargatur, interdum tenuis uenae prodit, quæ in finistris inferioris membranae omenti fedem una atque altero surculo dispensatur; idq; tunc potissimum, quando primus majoris in humiliorem omenti membranam pertinet uena diductus angustior est, quā ut commode uniuersa membranae inibi ramos communiceat. Præterea à ramo quopiam ex illis qui ad superiorem lienam regionem revertuntur, quum iuxta lienem consistit, uena exoritur, quæ dextrorum lata, atque omenti membranae superiori intertexta, in eam uentriculi fedem pertingit, quæ elatiōri lienis fedi propinquior uisitatur. Hæc quandoq; fed rarius, in uentriculi tunicas adeò excurrit, ut non admodum procil à finistris fed superioris orificij uentriculi difteret, quod autem hæc uena illud contigerit, uidi nunquam. Neque etiam præfens uena ab elatiōnimo lienam adeuntiū ramo promittit, fed ab illo qui ferè huic proximus est. Quemadmodum uero hæc iuxta eminentiōre lienam partem principium ducit, sic à maiusculo ramo imam lienam fedem accedens, alia exurit uena uenae que insigni amplitudine donata. Hæc perinde atque nuper dicitur dextrorum retrorquetur, & finistrum uentriculi fundi regionem perrepit, illi accurate conuenit uenae, quam ad fundi medium usq; dextram eius fedem amplecti reuelimus. Ambæ enim ad hoc medium in exiguis definint rami, mutuoq; implicatur. Dein finistra perinde ac dextra in finistram fundi uentriculi fedem furculos geniculatum antrorum retrorumq; dispergit, ac superiori membranae omenti in finistram ipsius partem oblongas frequentesq; sfoles communicat. Cæterum canes ea quam fundi uentriculi dextram fedem adire commemorauit, defituuntur: & illius uenae ea supplet, quæ finistram fundi fedem ramis conseruit. Atque ad hunc modum frequentissime finistrum portæ uenæ trunca album spectabili, non raro autem ad huc in hominibus ex singulis uenis concavæ lienam regioni iam inscrindis, singulas uenas in uentriculum ad eum modum

h 3 digeri,

In lib. de V.
nervis & ar-
teriis fe-
tione.

digeri, ac liuenem ventriculo pertinaciter colligari comperies, quo^z duas nuper commemoratas à uenis liuenem accedentibus propagari scripsimus. Atque h[ic] sedulò obleruandum uenit, huiusmodi uenas ab eis quæ liuenem accedunt in ventriculum digestas, neque distributionis forma, neque colore, neq[ue] implantationis specie, quicquam ab alijs in ventriculum excurrentibus uenis diffiri.

*Dexter caudi
cis portæ trit
ci ferentes.*

Dexter uene truncus (quem in intestina potissimum diffundi narrabam) ^{x. 4. 5. 1.} qui primùm mesenterio à dorso nascenti committitur, ^{z. 1. 1. 1. 1.} in tres præcipios diffindit ramos: ^{z. 1. 1. 1. 1.} qui in alias denud innumeræ uenarum sboles diuariati, inter duas mesenterij membranas producuntur, atque in inferiori posteriore u[er]o intestinorum partem quæ mesenterij alligatur, & quam disfectionum professib[us] cauam uocare libuit, amplectentes in ieiunum, ileum, cæcum & dextram coli sedem, qua id dextra reni & icteri adiicit, finiuntur. Quotuer[ob] ab his diffindantur sboles, quum proflus sint innumeræ, dictu est arduum; dein nō omnibus eandem distributionis exhibent feriem, quamvis (ut diximus) ad intestina illæ propagines excurrant. A tertio dextri portæ truncis ramo, qui in sinistram partem medij mesenterij potissimum diffindit, insignis uenæ in finistrum mesenterium, quod colon à liene ad rectum usque in testinum dorso alligat, porrigitur, atq[ue] nunc c[on]dictis uenis in intestina diffusis similiter, in plures deriuata furculos, eam col[ore] ieiunem, que à uentriculi sinistra fide ad rectum usq[ue] in testinum pertinet, adit. Inter omnes finistrum mesenterij uenæ ramos, unus insigni magnitude inter duas sui mesenterij membranas (quæ admodum ceteri omnes rami) intertextus, secundum col[ore] finē deorsum sub recto intestino prospexit, multas uenulas ex superiori anteriori ue ipsius sede ad eam intestini partem, qua porrigitur, depromens. Præsens ramus quum ad recti intestini extrellum usque contendit, non amplius recèt sub intestino deducitur, sed in plurim uterque exiles diffusus ramulos, finem recti intestini orbiculatum amplectitur. Porro & si frequentissime sint trium nunc dictorum dextri portæ trunci ramorum sboles, tamen plures numeroresq[ue] in gracili, quam crassiflora intestina distributi, cuius ex dissectione obuium est. Quo enim intestina uentriculi fundo sunt magis continua, eo pluribus uenarum implicantur furculis, quoniā ex illis plus succi quām ex fedi uincioribus sit exigendum. Quemadmodum utrum nō nullis prius enarratis uenæ portæ ramis ^{z. 4. 5. 1.} corpora quadri glandulosa atq[ue] ad amulsum quodammodo carne attendi circunducitq[ue] dicebam, sic etiam ramorum per mesenterium ad intestina diffusorum sectionibus, ^{z. 1. 1. 1. 1.} glandulae quedam interiacent, proportionem in magnitudine cum distributis propaginibus feruntur. In grandioribus enim propaginū duduibus (quemadmodum ubi dexter portæ truncus in tres primos ipsius ramos dividitur) magna reponuntur glandulae, in subsequentibus uero horum ramorum diuariationibus graciliores minoresq[ue]. Huusmodi quoq[ue] glandulae, capillorū modo prætentis uenulas, à uenis quas interiacent mutuantur. In has igitur propagines portæ uena digeritur, quae omnes aut ad nutritionem, aut excretiū aliquis expurgationem, aut in ventriculo excocti cibi in icteris portas deductionem, propagantes conseruent, quippe ^{z. 1. 1. 1. 1.} quas bilis uiscf[us] oblatas dixi, alimentū illi subministratura ad eam excurrunt. Pari modo ^{z. 1. 1. 1. 1.} propagines numerosa sbole in omentum diffusæ duntaxat ut illud enutriant, multoq[ue] adipe imbuant, à portæ uena deriuuntur. Propagines sicut petentes rerum Conditor fecisse coniecit, ut simili ueni alimentum deferant, atq[ue] ex ecore feculentum sanguinem seu melanochelicum succum in ipsum expurgent. Quum enim crassiflora sanguificationis recrementum his propaginibus in liuenem uenatur, & quum haec illud lieni porrigit, simul quoq[ue] necessario lieni nutrimentū offerit. Siquidem, ut in quinto libro, nō sine religione tamen quadam, scripturus sum, lien atrum illud sanguificationis recrementum in sui nutritionem conficeret, & lien per " uenas ab illis que lieni inferuntur in ventriculum proficiat, quod ipsi ex feculentiori sanguine reliquum est, neq[ue] sibi concoquere ac adaptare ualerit, in ventriculum erufat. uerum id nō (ut disfectionum professores male arbitratur) in superius uentriculi orificium diffundens, sed ad fundū præcipue, quo^z maior uena à uenis liuenem adecentibus exorta, in ventriculi pertinet. Surculi capillorū modo tenues ad glandula in hoc à rerū Opifice deducuntur, ut illa à portæ ramis alimentū colligat. Cæterū reliquæ omnes portæ propagines in uentriculo & intestina digestæ, duplice nomine extruuntur, partim ut illis nutrimenti subministrant, partim ut suis finibus & oculis in uentriculum & intestina hiantibus cœcūtum à uentriculo cibū ex ipso ac intestinis exangut, atq[ue] ad icter tanquam cœcōtions officinā toti humanae corpori cū munem transferant. Ingreditus autem & ascensus in hanc regionē, ex multis, quæ nunc narrauimus, strictis itineribus unus præparatur, ipsaq[ue] nimirū portæ uenæ cædæ, quem veterum quispiā Natura operi peritus ante Hippocratem ^{z. 1. 1. 1. 1.} nuncupauit, à quo in hunc usq[ue] diem portæ uenæ nomen ad nos manauit, ipsaq[ue] (ut & Galenus testatur) nō nullis portæ icteris, ab alijs ianitrix appellatur. uerum nonnulli totū uenam hoc nomine donari nolunt, sed

*Vene portæ
diffusæ
ratio.*

*Portæ nomi
na.*

*L. 6 de Pla
ciis.*

partem

partem ipsius duntaxat, quæ primum à ictoris substantia cernitur libera. Dicitur & caudicis nomine *venæ*, quod etiæ nomen Galenus interdu caue uenæ¹ quā ictoris est proxima, & p̄ḡ tera magis arterie, quā è corde pronascit, tribuissit uideat. Dein portæ uena ab alijs etiæ ictoris manus nun cupat, quōd ictor ad elaborati in ventriculo cibi attractionē tançim manu utatur. Sunt quia latet appellat, quōd succus quē hęc ab intestinis ictori desert, latet sit. Porro uenæ portæ, fucu cu quē è ventriculo, præcipu autē ex intestinis ad se allicet, acq̄ in ictor desert, iecoris modo in ipso deductu concoquere, ac eidem præparare, & in rudem sanguinem mutare haud facile concessero: quantumuis grauitate id in quarto de Vfū partū libro Galenus asserat. Nullam enim fangusūtum um mbranæ & coriacæ uenæ corpori affignare possum: & si quē effet, illa profecto album parat sanguine, non fecus quām à ventriculo emutata latet colorē referunt, uti & ventriculi substantia albam, non autem ictoris modō concreti fangusūtum instar rubram effe liquidu cernimus. Atque hoc Galenus placitum non semel ab ipso repetitum alius refellerem, nisi Galenus ipse sexto de Dogmatibus Hippocratis & Platoniis eam multas sententias, funfias, quo acrius Aristotelem oppugnaret, oblitus.² Ramum portæ quē sub recto intestino declinet ac mesenterio suflatum porrigi scripsimus, nonnunquam ad fæculentia sanguinis per artus uenæ, sanguine interdum manantes, expurgationem plurimum conducere arbitror. Quandoquidem dum aurib licet obfrictionem, aut aliud quodcumq̄ ipsius uitium, fæculentia sanguis non uniuersus, uel nullus planè in liene absumitur, uel licet eundem ad ventriculum eructare nequit, huius rami beneficio certis quibusdam interuallis, uti mulierum menstruē purgationes solent, per anum excerni credo. Rarius enim ex uniuerso corpore hemorrhoidium uirio laborantibus ad tene caue ramulos in fedem pertinentes, luto lumen eiusmodi sanguinem regurgitare uerisimile nobis uidetur, dum ueram uenæ portæ distributionem perfecit habemus. Quippe ex hac conjecturare est promptissimum, quī sanguis à liene non attractus, aut ob meatus obturationem non admisitus, unde fluebat rufus regurgitaret, atque sua grauitate per ramum ad intestinum rectum pertinente deorsum procumbat, ibi que tantisper relectu colligatur que, donec nimium turgentes uenæ osculis reteatris per anum manare illū finant. Huic meæ sententiae magnum robur adiecit is quem hoc sanguinis defluxit per interualla laborantem relectuimus. Huic enim minor, sed durior lien fuit, & uena sub recto intestino excurrent, pollicis quasi crassitudine superauit, eoque modo sanguine turbabat, quo iam parturientium animalium uenas uterum amplexantes, insigniter amplas distensiones cernimus. Verum hoc paulo latius à nobis relata fuit in epistola, qua dextrā axillarem in lateralē morbo (si modo dextram aut sinistram feces, quicquam interfit) aperiendam docui, ac proinde nunc ad uenæ caue ferim est accedendum: nam portæ uenam fecandi modum ad finem Quinti libri rejeconi duxi, in quo omnium nutritionis generationis que organorum administrationem nū persequar.

*Porte uenæ
sanguinem nō
confixere.*

*Melancholiæ
cum succū per
porte ramos
purgari.*

CHARACTERVM TOTIVS VENAE CAVAE


DELINIEATIONIS, QVAM SVBSEQVENS

pagina proponit, Index.

FIGVRÆ, quam in proxima reponemus pagina, quatuor Capitibus seriatim sub sequentibus communis est, proportione q̄ illi correspontet, qua integræ arterie magna seriem ante duo decimum huius libri Caput, ac dein dorsalis medullæ nervorum distributionem ante undecimum quarti libri Caput exhibeo, que in ea uirilis corporis magnitudine (quemadmodum & hac uenæ caue figura, & muscularum & osium simul compactorum tabule) depinguntur, quam huic papyro (que regalis vulgo dicitur) accommodam fore putau. Verum si cuiptiam postea uisum fuerit, eiusmodi nudas uenarum, arteriarum, & nervorum icones aut ex proportione, ut clariores reddantur, augereuti in mea Epitome factum cernis aut propter chartæ angustiam, seu potius ob typographorum fordes & auerittam imminuere, id unum moneo & rogo pariter, ne quis has figuræ circumscribens, aliam hominis imaginē illis adjiciat: quemadmodum plaziarij quidam profecto, ex quibus banc uenarum seriem scedula diffectione collegisse dignis̄ mi, in meis Anatomicis tabulis Argentine impressæ tentarunt. Hæc enim circumscriptionis, et si multis rationibus negocii uitter, ob id tamen etiā respenda est, ne omnes uenæ bac expressæ figura in una tantum corporis superficie digerit, ac anteriori tantu parti peculiares esse uideantur: portifissum quum nemo tam recrumignarus in his Naturæ mysterijs operam nauet, qui intur:

h 4 hac

ANDREAE VESALII BRVXELLENESIS
INTEGRA ET
PARTIBVS
nudauene
A B OMNIBVS
LIBER A AC
caue delinatio.



hac proportione non cernat quam totius corporis superficie sedem singulae uene perreptent. Quintam ex quinto, sexti & septimi librorum figuris facile constabit, cuiusmodi illae debeat esse effigies, que cum uenit etiam partes qua illis implicantur oculis subiunguntur.

A, A, A Tres isti characteres propaginem notante a uena caua ubi iecori adnas citur, in item coris gibbum per quam numerosa ramorum serie sunt rorsum distribueam. Alteram autem propaginem in dextram iecoris sedem sumiliter diffusam characteribus non insigniutimus, ut etiam nullas uenae sfooles, que pariter uterque habentur, & priuatim nihil in altero latere fibi uendicant, ne forte his characterum copia delineationem obcuraremus. Unde etiam dextrum latus portus quam suntrum characteribus liberum conspicitur.

a Huiusmodi etiam gracilior sfooles a caua iecori sub grandibus illis propaginibus *A* indicatis digeruntur.

B Vene caue sedes inter iecoris gibbum & septum transuersum consistens.

C Sinistra propago duarum, quas caua septo offert, & a quibus etiam surculi in cordis inuolucrū pertingunt.

D Cava uene orificium in dextrum cordis sinum pertinens. Optarim hic sedulo expenderes, universamque caue delineationem accurate contemplaveris, consideraturus an in uenient hoc orificium caue uene principiū ueniat statendum, an ea caue pars ubi *A* & a ipso caudice scriptum cernis, & ipsa uena secundum iecoris posteriora deorsum prospicit, cuius etiam gratia in dextrum latus incurvatur, tantum scilicet quantum iecoris sedes, cui caue caudex committitur, ad dextrum latus a uertebrarum medio declinat.

E Vena corona modo cordis basim amplectens, ac deorsum per cordis substantie exteriora ad ipsius usque mucronem surculos a de dextris, & aqua sua seu coronalis nuncupata. Hec & si ab anteriori sede orificij uene caue hic origine videtur, perpetuo tamen quum simplex sit, a posteriori sede eius orificij pronascitur, ut in septima fex & libri figura ad *G* est cernere.

F, F Vena coningi expressa, que a caue dextra latere prodicens, dechuis secundum dextrum uertebrarum latus ad secundam feri lumborum uertebram descendit.

G, G Characteres isti hic atque illiæ ad uene pari certas latera repositi, uene illius propagines inserviant: eas nimur que costarum offeruntur interuallis, ac postmodum in dorsalem medullam, & in musculo uertebris ipsiusque costis instratos, ac etiam membranas thoracis amplitudinem in terespentes, surculos promunt.

H Cava sub pectoris osis clatiōris sedē iuxta iugulum bipartitio, quam lanij boues & porcos iugulari petunt.

I Vena prime thoraci costæ innixa, atque ad alam transuersum perducta, brachij & axillarem postquam aliquot propagines diffidit constituta.

K Exiliis uena in sui lateri aliquot superiorum costarum succincte membranæ sfooles deriuās.

L Vena sub pectoris osis suisbro latere ad abdominis usque superiora descendens, ramosque uerarum costarum cartilagineum interuallis, ac demum thoracem interscindens, sui lateris membranæ, ac etiam musculo pectori instratis, & abdominis cuti ramos exhibens. Præcipuum autem ramū sub recto abdominis musculo dispergit, qui supra umbilicum in aliquot finius surculos, alterius *M* uene ab imo sursum ascendens, ac *T* notande terminos respicit, eanimtrum sede, ubi *M* ascribitur.

N, N Vena per foramina transversa processibus uertebrarum cervicis insculpta, ad caluariam progressus, ac dorsali medullæ geniculatum ramos offert, ut & in musculos quoque imbi cervicis uertebris adnatos sfooles dispensat. Qua uero ratione hec uena in duram cerebri membranam exbatur, etiam si hanc hic quoque delineare conatus sim, in peculiari de cerebri uasis figura decimoquarto Capiti præponenda non minus disces, quam reliquarum caluariam petentium uenarum seriem.

O Vena musculi humiliorem cervicis, & superiorem thoraci sedem iuxta uertebras occupantibus, multiplici uergusonis sfoole exporrecta.

P Vena ad musculos pectori instratos, & cuius regionis cutem, & ipsam demum mamillam excurrentis.

Q Vena

- Q Vena in posteriora thoracis proficiens, ac in cauam scapulae sedem uicinorumque musculos derivans. Huic proxima sunt uenule in glandum axillae excurrentes, quarum hic una inter P & R expressa est.
- R Proprio secundum thoracis laterem decorsum ducta, et potissimum distributa in musculum, quo posterior axillae cavitatis sedes constituitur, brachiumque in posteriora decorsum uellitur.
- S Interior iugularis, que graciles surculos asperae arteriae lateri et hinc deductis nervis spargit, quod uero ipsius preter aliquot propagines reliquum est, in caluariam prorepit, et uarie ut in cerebri uorum descriptione prosequar, discindetur.
- T Exterior seu superficiaria iugularis, V erum iugularis, as uenas (que Graeci ophryodes vocant) nonnulli appellant, que statim in thoracis amplitudine sub summa pectoris ossis fide bipartita producentur. Alij non totas illas, seu integras eius divisionis trunco iugularis uenas nuncupari volunt, sed id deinde quod ex iis iam supra claviculari cervicis intexu cernitur. In Atra bui inter pretibias iugularis ita ferre appellatas legimus: Guidex, Guades, et corrupta Graecorum uoce grandes, spfragitidas, iuueniles, penfles, organicas, subiectas, uertiginosas, apoplecticas, uenas somni. Atque ita tam interiores quam exteriores appellantur. Et has quidem potentes, illas uero immersas et occultas nuncupant. Porro exterioris iugularis seriem, ut plurimum mihi apparuit, hic delineatam habes, ut scilicet simplex per collum latus prorepat, surculos tamen aliquot in conterminas sedes diffundens.
- V Exterioris uene iugularis iuxta fauces in duos ramos distributione.
- X Exterioris iugularis ramus oris interior subiectus, ac uarie in larynge et hyoidis ossis musculos, linguam, palatum, narium amplitudinem, ac demum in caluariam tribus propaginibus, ac etiam aliquot surculis in oculis digestus.
- Y Exterior ramus divisionis externe iugularis iuxta fauces factae, qui numerosa uenarum serie in facie musculos et cutem, deinde ad tempora et post aures uniuersamque capitis cutem digeritur.
- Z Ac Z quidem portione huius rami Y notat insinuat, que in faciem exporrigitur, et uero, g. a. s. frontis uenam indicat. et portionem secundum tempora sursum repente. Et eam notat, que post aures et ad occipiti cutem fertur. Ceterum reliqua uenarum hic in capite series ad cerebri usus spectat: quam ob id characteribus non insignitu, quod haec peculiaris figura decimoquarto Capiti preponenda explicabitur. Quanquam interim si quis hanc caue uene effigiem charceribus occupare uoluerit, ad cum modum quo nos illam fiximus, que huius libri adhibebitur calcis, uenas simul cum arterijs ostensura: primum characterem apponere licet dextro lateri is dextrum seu primum mihi sic appellandum durum cerebri membrana sinus hic quasi in flat semicirculi porreclum indicaret. Secundus uero character sinistro, seu secundo eius membrane sinus in scripturam, qui in finistro latere semicirculi quoque modo fertur. Tertius autem character tertio durum membrane sinus adhibebetur, qui illic incipit, ubi primus et secundus sinus seu duo illi semicirculi inuenientur, congruentur, et ubi ab ipsis alias semicirculus quodammodo sursum exporrigitur, cuius posterior pars occipito propinquior adumbrata cernitur, anterior autem que frontem adit lucida. Quartus autem durum membrane sinus, quem ex anteriori sedet trium dictorum sinus concursus pronascit, atque recta anteriori fundi suo loco audies, hic non est delineatus. In figura tamen huius libri calci insuet, y insignitur. Praeterea tribus illis characteribus quartus succederet, qui in primi durum membrane sinus radice positus, ingressum indicaret uene N notat: deinde ingressum rami interioris iugularis etiam insinuant, qui per foramen exti nervorum cerebri partis caluariam subit. Quinto charactere interne iugularis ramus per proprium foramen in latera durae cerebri membrane excurrens insigniretur. Sextus ramus exterioris iugularis notaret, qui proprio foramine ad radicem posteriorem que sedem processu mamillaris temporum ossis exsculpto, caluariam subit. Ad hanc preter alios characteres etiam unus illis uenulis inscribi posset, que sub frontis uena et insignita hic umbrata feruntur, ut scilicet uene etiam indicarentur, que per caluariam sed et cui olfactus organa incubunt, et per foramen secundi nervorum cerebri partis gratia calathii, in caluariam repunt. Atque hec omnia sane adnotauit, nisi illa in grandiori figura decimi quarti Capitis suis proposiciis, quamquam etiam cerebri uorum seriem absque arterijs minime licet aggredi, quandoquidem

